pp̄lz t̄re. Reliq̄ āt ſmonū azarie ꝛ vniuer
sa q̄ fec̄. n̄ne ħ scripta sūt ĩ lib͛ verboꝝ dierū
regū iuda? Et dormiuit azarias cū prib͛
suis: sepelieruntq; eū cū maiorib͛ suis ĩ ci
uitate dauid. ꝛ regnauit ioathā fili͛ e͛ p eo.
Anno tricesimooctauo azarie regis iude

Zacharias

regnauit zacharias fili͛ hieroboā sr̄ isrl̄ in
samaria sex mēsib͛. ꝛ fec̄ qð malū ē corā
dn̄o sic̄ fecerāt pr̄es ei͛. Nō recessit a pec
catis hieroboā filij nabath: q peccare fec̄
isrl̄. Cōiurauit āt ɔ̄ eū sellū fili͛ iabes: ꝑ
cussitq; eū palā ꝛ interfecit: regnauitq; p eo.
Reliq̄ āt verboꝝ zacharie: n̄ne ħ scripta sūt
ĩ lib͛ ſmonū dierū regū isrl̄? Iste est ſmo
dn̄i quē locut͛ ē ad iehu dicens. Filij tui

Sellum

vsq; ad q̄rtā gnātionē: sedebūt de te sr̄
thronū isrl̄. Factūq; ē ita. Sellū fili͛ iabes
regnauit tricesimonono ān̄o azarie regis
iude. Regnauit āt vno mēse ĩ samaria. Et
ascēdit manahē fili͛ gadi de thersa: ve
nitq; samariā. ꝛ pcussit sellū filiū iabes
ĩ samaria. ꝛ interfec̄ eū: regnauitq; p eo. Re
liq̄ āt verboꝝ sellū ꝛ ɔiuratio ei͛ p quā te
tēdit insidias: nōne ħ scripta sūt ĩ lib͛ ſmo
nū dierū regū isrl̄? Tūc pcussit manahen
thapsā ꝛ oēs q erāt ĩ ea: ꝛ t̄minos eius de
thersa. Noluerāt. n. apire ei. Et interfec̄ oēs p
gnātes e͛: ꝛ scidit eas. Anno tricesimono

Manahem

no azarie regis iude regnauit manahē fili͛
gaddi sr̄ isrl̄ decē ān̄is ĩ samaria fecitq; qð
erat malū corā dn̄o. Nō recessit a peccatis
hieroboā filij nabath q peccare fec̄ isrl̄

Phul

cūctis dieb͛ ei͛. Veniebat phul rex assyri
oꝝ ĩ thersa. ꝛ dabat manahē phul mille
talēta argēti ut eēt ei ĩ auxiliū ꝛ firmaret
regnū ei͛. Indixitq; manahē argētū sr̄
isrl̄ cūctis potētib͛ ꝛ diuitib͛ ut daret regi

assyrioꝝ qnqgīta siclos argēti p singlos.
Reuersusq; ē rex assyrioꝝ. ꝛ n̄ ē moratus ĩ
thersa. Reliq̄ āt ſmonū manahē ꝛ vni
uersa q̄ fec̄. nōne ħ scripta sūt ĩ lib͛ ſmonū
dierū regū isrl̄? Et dormiuit manahē cū
prib͛ suis. Regnauitq; phaceia fili͛ ei͛ p eo.
Anno qnqgesimo azarie regis iude regna
uit phaceia fili͛ manahē sr̄ isrl̄ ĩ samaria
biēnio: fec̄ qð erat malū corā dn̄o. Nō re
cessit a peccatis hieroboā filij nabath q
peccare fec̄ isrl̄. Cōiurauit āt aduersus eū
phacee fili͛ romelie dux e͛. ꝛ pcussit eū ĩ
samaria ĩ turri domus regie iux̄ argob ꝛ iu
ariph: ꝛ cū eo qnqgīta viros de filijs ga
laaditaꝝ ꝛ interfec̄ eū. Regnauitq; p eo. Re
liq̄ āt ſmonū phaceie ꝛ vniuersa q̄ fec̄:
nōne ħ scripta sūt ĩ lib͛ ſmonū dierū regū
isrl̄? Anno qnqgesimo sc̄o azarie regis iude
regnauit facee fili͛ romelie sr̄ isrl̄ ĩ samaria
viginti ān̄is: ꝛ fec̄ qð erat malū corā dn̄o.
Nō recessit a peccatis hieroboam filij na
bath: q peccare fec̄ isrl̄. In dieb͛ phacee
regis isrl̄ venit theglatphalassar rex assyr:
cepit abiō. ꝛ abel domū maacha ꝛ ianoe
cedes ꝛ asor. ꝛ galaad ꝛ galilea ꝛ vniuersā
t̄rā neptali: ꝛ trāstulit eos ĩ assirios. Cō
iurauit āt ꝛ tetēdit insidias osee fili͛ hela
ɔ̄ phacee filiū romelie: ꝛ pcussit eū: ꝛ in
terfecit: regnauitq; p eo vicesimo ān̄o ioathā
filij ozie. Reliq̄ āt ſmonū phacee ꝛ vni
uersa q̄ fec̄: n̄ne ħ scripta sūt ĩ lib͛ ſmonū
dierū regū isrl̄? Anno sc̄o phacee filij ro
melie regis isrl̄ regnauit ioathā fili͛ ozie regis
iuda. Viginti qnq; ānoꝝ erat cū regnare ce
pisset. ꝛ sedecī ān̄is regnauit in irlz. Nomē
mīis ei͛ hierusa: filia sadoch. Fecitq; qð
erat placitū corā dn̄o. Iux̄ oīa q̄ fecer
as pr̄ su͛ opat͛ ē: verūtñ excelsa n̄ abstu
lit. Adhuc pp̄ls imolabat ꝛ adolebat in
censū ĩ excelsis. Ipse edificauit portā domus
dn̄i sublimissimā. Reliq̄ aūt ſmonū ioa
thā ꝛ vniuersa q̄ fec̄: nōne ħ scripta sūt ĩ
lib͛ verboꝝ dierū regū iuda? In dieb͛ illis
cepit dn̄s mittē ĩ iudā rasin regē syrie ꝛ
phacee filiū romelie. Et dormiuit ioathā
cū prib͛ suis: sepultusq; ē cū eis ĩ ciuitate da
uid pr̄is sui: ꝛ regnauit achaz fili͛ ei͛ p eo.
XVI

ANno decimoseptio phacee
filij romelie: regnauit achaz fili͛ ioa
thā regis iuda. Viginti annoꝝ erat
achaz cū regnare cepisset: ꝛ sedecī ān̄is re
gnauit ĩ irlz. Nō fecit qð erat placitū in

Achaz
2728

ospectu dñi dei sui sicut dauid pr̄ ei⁹. sȝ am
bulauit ī via regū isrl̄. Insr̄ ⁊ filiū suū cō
secrauit trāsferēs per ignē fm̄ idola gen
tiū: q̄ dissipauit dñs coram filijs isrl̄. Im
molabat q̄ȝ victias ⁊ adolebat icēsū ī ex
cels̄ ⁊ ī collib⁹ ⁊ sub oī ligno frōdoso. Tūc
ascēdit rasin rex syrie ⁊ phacee filius ro
melie rex isrl̄ ad p̄liādū ī ierl̄m. Cūq̄ obsi-
derēt achaȝ: n̄ valuerūt supare eū. In t̄pe
illo restituit rasin rex syrie baylā syrie. ⁊
eiecit iudeos de bayla. Et idumei ⁊ syri ue
nerūt ī baylā: ⁊ habitauerūt ibi vsq̄ ī diē hāc.
Misit āt achaȝ nūcios ad theglaphalas
sar regē assyrioꝝ dicēs. Seru⁹ tu⁹ ⁊ filius
tu⁹ ego sū. Ascēde ⁊ saluū me fac d̄ māu
regis syrie ⁊ de manu regis isrl̄ q̄ cōsurre
xerūt aduersū me. Et cū collegisset argētū
⁊ auꝝ qd̄ inueniri potuit ī domo dñi: ⁊ ī the
sauris regis: misit regi assyrioꝝ mūera: q̄
⁊ acq̄euit volūtati ei⁹. Ascēdit āt rex as-
syrioꝝ ī damascuȝ ⁊ vastauit eā: ⁊ trāstu
lit habitatores eius cyrenē. rasin aūt interfe
cit. Perrexitq̄ rex achaȝ ī occursū the-
glatphalassar regi assyrioꝝ ī damascuȝ.
Cūq̄ vidisset altare damasci: misit rex
achaȝ ad vriā sacerdotē exēplā ei⁹ ⁊ simitu
dinē iuxt oē op⁹ ei⁹. Extruxitq̄ vrias sacer
dos altare. Iuxt oīa q̄ p̄cepat rex achaȝ d̄
damasco: ita fecit sacerdos vrias donec ve
niret rex achaȝ de damasco. Cūq̄ venisset
rex de damasco vidit altare ⁊ venerat⁹ ē
illud. Ascēditq̄ ⁊ imolauit holocausta ⁊
sacrificiū suū: ⁊ libauit libamina ⁊ fudit
sanguinē pacificoꝝ q̄ obtulerat sr̄ altare.
Porro altare ereū qd̄ erat corā dño trās
tulit de facie tēpli ⁊ de loco altaris ⁊ de lo
co tēpli dñi: posuitq̄ illud ex latē altaris
ad aq̄lonē. Precepit q̄ȝ rex achaȝ vrie
sacerdoti dicēs. Sr̄ altare mai⁹ offer ho-
locaustum matutinum ⁊ sacrificium ve
spertinum ⁊ holocaustum regis ⁊ sacri
ficium eius: ⁊ holocaustum vniuersi po
puli t̄re ⁊ sacrificia eoꝝ ⁊ libamia eoꝝ
⁊ oēȝ sanguinē holocausti ⁊ vniuersū sā
guinē victie sr̄ illud effundes. Altare ho
ereū erit parū ad volūtatē meā. Fecit igr̄
vrias sacerdos iuxt omia q̄ p̄ceperat rex
achaȝ. Tulit āt rex achaȝ celatas bases
⁊ luterē q̄ erat desup ⁊ mare deposuit de
bob⁹ ereis q̄ sustētabāt illud ⁊ posuit sr̄
pauimētū stratū lapide. Musach q̄ȝ sab
bati qd̄ edificauerat ī tēplo ⁊ igressū regi
exteri⁹ cōuertit ī tēplū dñi: p̄p regē assyri
oꝝ. Reliq̄ āt v̄boꝝ achaȝ ⁊ oīa q̄ fecit. nōne
h̄ scripta sūt ī lib⁹ v̄monū dieꝝ regū iuda?
Dormiuitq̄ achaȝ cū p̄rib⁹ suis. ⁊ sepult⁹
ē cū eis ī ciuitate dauid. ⁊ regnuit ezechias
filius eius pro eo. XVII

Anno duodecio achaȝ regis iuda
regnuit osee fili⁹ hela ī samaria sr̄
isrl̄ nouē ānis: fecitq̄ malū corā dño: sȝ n̄
sicut reges isrl̄ q̄ an eū fuerūt. Cōtra hūc ascē
dit salmanasar rex assyrioꝝ. ⁊ fact⁹ est ei
osee seru⁹. reddebatq̄ illi tributa. Cūq̄ de-
p̄hēdisset rex assyrioꝝ osee q̄ rebellare
nitēs misisset nūcios ad Sua regē egyp
ti: ne p̄staret tributa regi assyrioꝝ: sicut sin
gulis ānis solit⁹ erat: obsedit eū. ⁊ victum
misit ī carcerē: puagatusq̄ ē oēm terrā. ⁊
ascēdēs samariā obsedit eā tribus ānis.
Anno āt nono osee cepit rex assyrioꝝ sa-
mariā. ⁊ trāstulit isrl̄ ī assyrios: posuitq̄
eos ī baylā ⁊ ī aboꝝ iuxt fluuiū gozā ī ciui
tatib⁹ medoꝝ. Factū ē n. cū peccassent filij
isrl̄ dño deo suo q̄ eduxerat eos de t̄ra egy
pti de māu pharaōis regis egypti colue
rūt deos alienos. ⁊ ābulauerūt iuxt ritū gē-
tiū q̄s cōsūpserat dñs ī cōspectu filioꝝ isrl̄ ⁊
regū isrl̄ q̄ȝ sitr̄ fecerāt. Et irritauerūt fi
lij isrl̄ v̄bis n̄ rectis dñz deū suū. ⁊ edifica
uerūt sibi excelsa ī cūctis vrbib⁹ suis a turr
custodū vsq̄ ad ciuitatē mūitā. Feceruntq̄
sibi statuas ⁊ lucos ī omi colle sublimi ⁊
subtē oē lignū nemorosū. ⁊ adolebant ibi
icēsū sr̄ aras ī morē gētiū q̄s trāstulerat
dñs a facie eoꝝ. Feceruntq̄ v̄ba pessima ir
ritātes dñz: ⁊ coluerūt imūditias: de q̄b⁹ p̄
cepit eis dñs ne facerēt v̄bū h̄. Et testifi
cat⁹ ē dñs ī isrl̄ ⁊ ī iuda p manū oīum p̄
p̄hāꝝ ⁊ vidētiū dicēs. Reuertimi a vijs
v̄ris pessimis. ⁊ custodite p̄cepta mea ⁊
cerimōias iuxt oēȝ legē quā p̄cepi p̄rib⁹
v̄ris: ⁊ sicut misi ad vos ī māu suoꝝ meoꝝ
p̄phāꝝ. Qui n̄ audierūt: sȝ idurauerūt ceruī
cē suā iuxt ceruicē patꝝ suoꝝ q̄ noluerūt
obedire dño deo suo. Et abiecerūt legitia
ei⁹. ⁊ pactū qd̄ pepigit cū p̄rib⁹ eoꝝ ⁊ te
stificatiōes q̄b⁹ cōtestat⁹ ē eos: secutiq̄ sūt
vanitates ⁊ vane egerūt: ⁊ secuti sūt gētes
q̄ erāt p circuitū eoꝝ: sr̄ q̄b⁹ p̄cepat dñs
eis ut n̄ facerēt sicut ⁊ ille faciebāt. Et dere
liq̄rūt oīa p̄cepta dñi dei sui feceruntq̄ sibi
conflatiles duos uitulos ⁊ lucos. ⁊ adora
uerūt vniuersā militiā celi. Seruieruntq̄

baal ⁊ ɔſecrauerũt filios ſuos ⁊ filias ſuas
ꝑ ignẽ. Et diuinatiõi inſuiebãt ⁊ auguriys
⁊ tradiderũt ſe vt facerẽt malũ corã dño:
⁊ irritarẽt eũ. Iratuſq; ẽ dñs vehement
iſrl̃. ⁊ abſtulit eos a ɔſpectu ſuo. ⁊ nõ remã
ſit niſi trib⁹ iuda tm̃mõ. Sʒ nec ipſe iuda
cuſtodiuit mãdata dñi dei ſui. verũ et
ambulauit i erroꝛib⁹ iſrl̃: q̃s opat⁹
fuerat. Proiecitq; dñs oẽ ſemẽ iſrl̃. ⁊ affli
xit eos ⁊ tradidit eos i manu diripiẽtiũ. do
nec pĩceret eos a facie ſua: ex eo iã tẽpꝛe q̃
ſciſſus ẽ iſrl̃ a domo dauid ⁊ ɔſtituerũt ſi
bi regẽ hieroboã filiũ nabath. Separauit
eni hieroboã iſrl̃ a dño. ⁊ peccare eos fecit
peccm̃ magnũ. Et ãbulauerũt filij iſrl̃ i vni
uerſis peccatĩ hieroboã q̃ fecerat. ⁊ nõ re
ceſſerũt ab eis vſq; q̃ dñs auferret iſrl̃ a
facie ſua: ſicẽ locut⁹ fuerat i manu oĩuʒ ſuo
rũ ſuoꝝ ꝓphaꝝ. Trãſlatuſq; ẽ iſrl̃ de tra
ſua i aſſyrios vſq; i diẽ hãc. Adduxit aũt
rex aſſyrioꝝ viros de babylõe ⁊ de cutha
⁊ de auiatb: ⁊ de emath: ⁊ de ſepharu
aim: ⁊ collocauit eos i ciuitatib⁹ ſamarie ꝓ
filijs iſrl̃. Qui poſſederũt ſamariã: ⁊ hita
uerũt i vrbib⁹ ei⁹. Cũq; ibi hitare cepiſſẽt
nõ timebãt dñʒ: ⁊ immiſit eis dñs leões q̃ int
ficiebãt eos. Nũciatũq; ẽ regi aſſyrioꝝ
⁊ dcm̃. Gẽtes q̃s trãſtuliſti ⁊ hitare feci
ſti i ciuitatib⁹ ſamarie igñrãt legitia dei tre
⁊ immiſit i eos dñs leões ⁊ ecce iſficiũt eos
eo q̃ igñrẽt ritũ dei tre. Precepit ãt rex
aſſyrioꝝ dicẽs. Ducite illuc vnũ de ſacer
dotib⁹ q̃s inde captiuos adduxiſtis: ut va
dat ⁊ hitet cũ eis. ⁊ doceat eos legitima
dei tre. Igr̃ cũ veniſſ; vn⁹ de ſacerdotib⁹
his q̃ captiui ducti fuerãt ꝺ ſamaria. ha
bitauit i bethel ⁊ docebat eos quõ cole
rẽt dñʒ: ⁊ vnaq̃q; gẽs fabricata ẽ deũ ſu
um. Poſueruntq; eos i phanis excelſis q̃ fe
cerãt ſamaritẽ gẽs ⁊ gẽs i vrbib⁹ ſuis in
q̃b⁹ hitabãt. Uiri .n. babylonij fecerũt ſo
chot benoth. viri ãt cuthei fecerũt nergel
⁊ viri de emath fecerũt aſima. Porro euei
fecerũt nebaã ⁊ tharthã. Hi ãt q̃ erãt de ſe
pharuaĩ ɔburebãt filios ſuos igni adra
melech ⁊ anamelech diiſ ſepharuaĩ. ⁊ ni
hilominꝰ colebãt dñʒ. Fecerũt ãt ſibi ꝺ no
uiſſimis ſacerdotes excelſoꝝ: ⁊ põebant
eos i phanis ſublimib⁹. Et cũ dñʒ colerẽt
dijs q̃ſuiſ ſuiebãt iuxᵃ ɔſuetudinẽ gẽtiũ
de q̃b⁹ trãſlati fuerãt ſamariã. Uſq; i ꝓ
ſẽtẽ diẽ morẽ ſequũt̃ antiquũ. Nõ tĩent
dñʒ: neq; cuſtodiũt cerimoĩas ei⁹ atq; iu
dicia ⁊ legẽ ⁊ mãdatũ qḋ ꝓcepat dñs fi
lijs iacob quẽ ɔgnoĩauit iſrl̃: ⁊ percuſſerat
cũ eis pactũ: ⁊ mãdauerat eis dicẽs. No
lite timẽ deos alienos: ⁊ nõ adoꝛetis eos neq;
colatis eos ⁊ nõ imoletis eis: ſʒ dñʒ deũ veſtrũ
q̃ eduxit vos de tra egypti i fortitudine
magñ ⁊ i brachio extẽto: ipſʒ timete ⁊ ipſũ
adoꝛate ⁊ ipſi imolate. Cerimonias q̃
iudicia ⁊ legẽ ⁊ mãdatũ qḋ ſcripſit vo
cuſtodite ut faciatis cũctis dieb⁹: ⁊ nõ time
atis deos alienos. Et pactũ qḋ ꝑcuſſit vobiſcũ
nolite obliuiſci nec colatis deos alienos ſʒ
dñʒ deũ vr̃ʒ timete. ⁊ ipſe eruet vos ꝺ manu
oĩum inimicoꝝ vr̃oꝝ. Illi ꝟo nõ audierunt
ſʒ iuxᵃ ɔſuetudinẽ ſuã p̃ſtinã ꝑpetrabant
Fuerũt igr̃ gẽtes iſte timẽtes quidẽ dñʒ
nihilominꝰ ⁊ idolis ſuis ſuiẽtes. Nã filij
eoꝝ ⁊ nepotes ſic fecerũt p̃res ſui ita faci
unt vſq; in p̃ntẽ diẽ. XVIII

Anno tercio oſee filij hela regis iſrl̃
regñauit ezechias filiꝰ achaz regis iu
da. Uiginq̃nq; ãnoꝝ erat cũ regñre cepiſ
ſet: ⁊ viginti nouẽ annis regñauit i ierl̃m. No
mẽ mr̃is ei⁹ abiſa filia zacharie. Fecitq;
qḋ erat bonũ corã dño iuxᵃ oĩa q̃ fecerat
dauid pr̃ ei⁹. Ipſe diſſipauit excelſa ⁊ ɔtri
uit ſtatuas: ⁊ ſuccidit lucos. ɔfregitq;
ſerpẽtẽ ereũ quẽ fecerat moyſes. Si q̃dẽ
vſq; ad illũ tp̃s filij iſrl̃ adolebãt ei incẽ
ſũ. Uocauitq; nomẽ ei⁹ neheſtã. In dño
deo iſrl̃ ſperauit. Itaq; p⁹ eũ nõ fuit ſilis ei
de cũctis regib⁹ iuda: ſʒ neq; i his q̃ ãte eũ
fuerũt. ⁊ adheſit dño: ⁊ nõ receſſit a veſtigijs
eius: feciq; mãdata ei⁹ q̃ ꝓcepat dñs moyſi
⁊ erat dñs cũ eo. ⁊ i cũctis ad q̃ ꝓcede
bat ſapiẽt̃ ſe agebat. Rebellauit q̃ɋ̃ ɔtra re
gẽ aſſyrioꝝ: ⁊ nõ ſuiuit ei. Ipſe ꝑcuſſit phi
liſteos vſq; ad gaʒã: ⁊ oẽs t̃minos eoꝝ a
turre cuſtodũ. vſq; ad ciuitatẽ munitã. An
no q̃rto regis ezechie q̃ erat annꝰ ſeptimꝰ
oſee filij hela regis iſrl̃: aſcẽdit ſalmana
ſar rex aſſyrioꝝ ſamariã. ⁊ oppugnauit
eã ⁊ cepit. Nã p⁹ ãnos tres ãno ſexto eze
chie .i. nono anno oſee regis iſrl̃ capta ẽ
ſamaria: ⁊ trãſtulit rex aſſyrioꝝ iſrl̃ i aſ
ſyrios: collocauitq; eos i hayla ⁊ i habor
fluuijs gozã i ciuitatib⁹ medoꝝ. q̃a nõ audie
rũt vocẽ dñi dei ſui: ſʒ ꝑgreſſi ſũt pactũ
ei⁹. Oĩa q̃ ꝓcepat moyſes ſuꝰ dñi nõ audi
erũt neq; fecerũt. Anno q̃rtodecio regis eze
chie aſcẽdit ſennacherib rex aſſyrioꝝ ad
vniuerſas ciuitates iuda munitas. ⁊ cepit
eas. Tũc miſit ezechias rex iuda nũcios

ad regē assirioꝝ ī lachis dicēs. Peccaui.
Recede a me. ⁊ oē qḋ iposueris mihi ferā
Indixit itaq; rex assyrioꝝ ezechie regi iu
de trecēta talēta argēti: ⁊ trigīta talenta
auri. Deditq; ezechias oē argētū qḋ rep
tū fuerat i domo dn̄i. ⁊ i thesauris regꝭ. In
tpe illo ↄfregit ezechias valuas tēpli dn̄i
⁊ lamias auri q̄s ipse affixerat. ⁊ dedit
eas regi assyrioꝝ. Misit āt rex assyriorū
tharrā ⁊ rapsarī ⁊ rapsacē ḋ lachis ad re
gē ezechiā cū māu valida irl̄z. Qui cum
ascēdissēt venerūt irl̄z ⁊ steterūt iuxta aq̄duc
tū pisciē superiori q̄ ē ī via agri fullōis: vo
cauerūtq; regē. Egressus ē āt ad eos elia
chī filī᾽ helchie ꝑposit᾽ dom᾽ ⁊ sobna scri
ba ⁊ ioahe filī᾽ asaph a cōmētarijs: dixit
q; ad eos rapsaces. Loqmi ezechie. Hec
dicit rex magn᾽ rex assyrioꝝ. Q̄ ē ista fidu
cia q̄ niteris: Forsitā inisti ↄsiliū: ut ꝑpa
res ad ꝓliū. In q̄ ↄfidis ut audeas rebel
lare: An spas i baculo harūdineo atq; cō
fracto egypto: Sr̄ quē si icubuerit hō: cō
minut᾽ igredieť manū ei᾽ ⁊ pforabit eā.
Sic ē pharao rx egypti: oīb᾽ q̄ ↄfidūt i se.
Qḋ si dixeritꝭ mihi i dn̄o deo nr̄o hēm᾽
fiduciā. nōne iste ē cui᾽ abstulit ezechias
ecelsa ⁊ altaria. ⁊ ꝑcepit iude ⁊ irl̄m an
altare h̄ adorabitꝭ i irl̄z: Nūc igr̄ trāsite
ad dn̄z meū regē assyrioꝝ ⁊ dabo vobis
duo milia eq̄ꝝ: ⁊ videte an hr̄e valeatis
ascēsores eoꝝ. Et quō poterīs resistē ante
vnū satrapā de suis dn̄i mei minimis. An
fiduciā hēs i egypto ꝓp curr᾽ ⁊ equites:
Nūqd sine dn̄i volūtate ascēdi ad locū
istū ut demolirer eum: Dn̄s dixit mihi.
Ascēde ad trā hāc ⁊ demolire eā. Dixerūt
āt eliachī filī᾽ helchie ⁊ sobna scriba ⁊ io
ahe rapsace. Precamur ut loq̄ris nob̄ ser
uis tuis syriace: si qdē itelligim᾽ hāc lin
guā. ⁊ nō loq̄ris nob̄ iudaice audiēte ꝓplo q̄
ē sr̄ muꝝ. Rn̄ditq; eis rapsaces dicēs. Nu
qd ad dn̄z tuū ⁊ ad te misit me dn̄s me᾽
vt loq̄rer s̄mōes hos: ⁊ nō poti᾽ ad viros
q̄ sedēt sr̄ muꝝ vt cōedāt stercora sua: ⁊
bibāt vrinā suā vobiscū. Stetit itaq; ra
psaces: ⁊ exclamauit voce mag̅ iudaice
⁊ ait. Audite ꝟba regꝭ magni: rgis assyri
oꝝ. Hec dīc rex. Nō vos seducat ezechi
as. Nō. n. poterit eruē vos de māu mea: nȝ
fiduciā vob̄ tribuat sr̄ dn̄z dicēs. Eruēs
liberabit nos dn̄s: ⁊ nō tradeť ciuitas h̄ i māu
regꝭ assyrioꝝ. Nolite audiř ezechiā. Hec
ēi dīc rex assyrioꝝ. Facite mecū qḋ vob̄
ē vtile. ⁊ egredimini ad me. ⁊ cōedet vnuſ
q̄sq; ḋ vinea sua. ⁊ de ficu sua: ⁊ bibetꝭ aq̄s
de cistērnis vr̄is: donec veniā ⁊ trāsferā vos
i trā q̄ similis ē tre vr̄e: i trā fructiferā ⁊ fer
tilē vini. trā pāis ⁊ vineaꝝ: trā oliuaꝝ ⁊ olī
ac mellꝭ ⁊ viuetꝭ: ⁊ nō moriemī. Nolite au
diř ezechiā q̄ vos decipit dicēs. Dn̄s libe
bit nos. Nūqd liberauerūt dij gētiū trā suā
de māu regꝭ assyrioꝝ: Ubi ē de᾽ emath ⁊
arphat: Ubi ē de᾽ sepharuai ana ⁊ aua:
Nūqd liberauerūt samariā de manu mea:
Qui nā illi sūt i vniuersꝭ dijs traꝝ q̄ eruerūt
regionē suā de māu mea: ut possit eruerē
dn̄s irl̄z de māu mea: Tacuit itaq; ꝓpls
⁊ nō rn̄dit ei q̄cq̄. Siqdē ꝑceptū regis ac
ceperāt: ut nō rn̄derēt ei. Uenitq; eliachī fili᾽
helchie ꝑposit᾽ dom᾽ ⁊ sobna scriba ⁊ io
ahe fili᾽ asaph a cōmētarijs ad ezechiaȝ
scissis vestib᾽ ⁊ nūciauerūt ei ꝟba rapsacꝭ.

Uę cū audissꝫ ezechias XIX
rex scidit vestimēta sua. ⁊ opt᾽ ē sac
co. igressusq; est domū dn̄i: ⁊ misit
eliachī ꝑpositū dom᾽ ⁊ sobnā scribā. ⁊ se
nes de sacerdotib᾽ optos saccis ad ysaiā
ꝓphaȝ filiū amos. Qui dixerūt. Hec dīc
ezechias. Dies tribulatiōis ⁊ icrepatiōis
⁊ blasfemie dies iste. Uenerūt filij vsq; ad
ꝑtū: ⁊ vires nō hȝ pariēdi. Si forte audi
at dn̄s de᾽ tu᾽ vniuersa ꝟba rapsacis quē
misit rex assyrioꝝ dn̄s su᾽ ut exprobraret
deū viuētē ⁊ arguerēt ꝟbis q̄ audiuit dn̄s
de᾽ tu᾽ ⁊ fac orōnē ꝓ reliqis q̄ reperte sūt. Ue
nerūt ḡ serui regis ezechie ad ysaiā. Dixitq;
eis ysaias. Hec dicetꝭ dn̄o vr̄o. Hec dīc
dn̄s. Noli timē a facie s̄monū q̄s audisti
Quib᾽ blasfemauerūt pueri regꝭ assyriorū
me. ecce ego imittā ei spm̄ ⁊ audiet nūci
um: ⁊ reuerteť i terrā suā: ⁊ deijciā eum
gladio in terra sua. Reuersus est ḡ rap
saces ⁊ inuenit regem assyriorum expu
gnantē lobnā. Audierat eni q̄ recessisset
de lachis. Cūq; audisset de tharacha re
ge ethiopie dicentes: ecce egressus ē ut
pugnet aduersū te. ⁊ iret ↄ eū. misit nun
cios ad ezechiā dicēs. Hec dicite ezechie
regi iuda. Nō te seducat deus tuus in q̄
habes fiduciā: neq; dicas. Non tradetur
irl̄m i man᾽ regis assyrioꝝ. Tu. n. ip̄e au
disti q̄ fecerūt reges assyrioꝝ vniuersꝭ tris
quō vastauerūt eas. Nū ḡ sol᾽ poterīs libe
ri: Nūqd liberauerūt dij gētiū singulos q̄s

vastauerũt prẽs mei gozã videlʒ ⁊ arã: ⁊ reseph ⁊ filios edẽ q erãt i thelassar? ubi ẽ rex emath ⁊ rex arphat ⁊ rex ciuitaꝭ se pharuaim ana ⁊ aua? Itaqꝫ cũ accepissꝫ ezechias lrãs de manu nũcioꝝ ⁊ legisset eas ascẽdit i domũ dñi ⁊ expãdit eas corã dño ⁊ orauit i ꝯspectu eꝰ dicens. Dñe deꝰ isrł q sedes sup cherubĩ tu es deꝰ solꝰ rgũ oĩuʒ ťre tu fecisti celũ ⁊ ťrã. Inclina aurẽ tuã ⁊ audi. Api dñe oclos tuos ⁊ vide: ⁊ audi oĩa ṽba sẽnacherib: q̃ misit ut exprobraret nob deũ viuẽtẽ. vere dñe dissipauerũt reges assirioꝝ gẽtes ⁊ ťras oĩuʒ ⁊ miserunt deos eoꝝ i ignẽ. Nõ. n. erãt dij: sʒ opa manuũ hoĩuʒ ex ligno ⁊ lapide ⁊ pdiderũt eos. Nũc igiť dñe deꝰ nr̃ saluos nos fac d̃ manu eoꝝ ut sciant oĩa regna ťre q a tu es dñs deꝰ solꝰ. Misit aũt ysaias filiꝰ amos ad ezechiã dicẽs. Hec dicit dñs deus isrł. Que dep̃catꝰ es me sr̃ sẽnacherib rege assyrioꝝ: audiui. Iste est sermo quẽ locutꝰ ẽ dñs d̃ eo. Spreuit te ⁊ subsãnauit te virgo filia syõ: pꝰ tergũ tuũ caput mouit filia irł. Cui exprobrasti. ⁊ quẽ blasfemasti? Cõtra quẽ exaltasti vocẽ tuã: ⁊ eleuasti i excelsũ oclos tuos? Contra scm̃ isrł. Per manũ suoꝝ tuoꝝ exprobrasti dño: ⁊ dixisti. In mł̃titudie curruũ meoꝝ ascẽdi excelsa mõtiũ i sũmitate libãi: ⁊ succidi sublimes cedros eiꝰ: ⁊ electas abietes illiꝰ. Et igressus sũ vsʒ ad ťminos eiꝰ. ⁊ saltũ carmeli eiꝰ ego succidi. Et bibi aq̃s alienas. ⁊ siccaui vestigijs peduʒ meoꝝ oẽs aq̃s clausas. Nũqd ñ audisti qd ab initio feceri? Et diebꝰ antiqs plasmaui illud: ⁊ nũc adduxi. Eruntqꝫ i ruinã colliũ ꝯpugnãtiũ ciuitates mũite. Et q sedẽt i eis hũiles manu ꝯtremuerũt ⁊ ꝯfusi sũt: facti sũt velut fenũ agri ⁊ vires herba tectoꝝ: q̃ arefcã ẽ añq̃ vẽiret ad maturitatẽ. Habitaculuʒ tuũ ⁊ egressũ tuũ ⁊ itroitũ tuũ ⁊ viã tuaʒ ego p̃sciui ⁊ furorẽ tuũ ꝯ me. Insanisti i me: ⁊ supbia tua ascẽdit in aures meas. Ponã itaqꝫ circulũ i narib' tuis. ⁊ chamũ i labijs tuis. ⁊ reducã te i viã p quã venisti. Tibi aũt ezechia hoc erit signũ. Cõmede hoc anno q̃ reppẽris. i sc̃o aũt anno q̃ spõte nascũť. Porro i anno ťtio seminate ⁊ metite: plãtate vineas ⁊ cõedite fructꝰ earũ. Et qdcũqꝫ reliquũ fuerit de domo iuda mittet radicẽ deorsũ: ⁊ faciet fructũ sursũ: De irłʒ q̃ppe egrediẽť reliq̃e: ⁊ quod saluet de mõte syõ. Zelꝰ dñi exercituũ faciet h. Quãobrẽ hec dic̃ dñs de rege assyrioꝝ. Nõ igrediẽť vrbẽ hãc. nec mittet in eã sagittã: nec occupabit eã clypeus nec circũdabit eã mũitio. Per viã q̃ venit reuerteť. ⁊ ciuitatẽ hãc ñ igrediẽť dic̃ dñs. protegãqꝫ vrbẽ hãc ⁊ saluabo eã pp me ⁊ propter dauid suũ meũ. Factũ ẽ igiť i nocte illa venit ãgelꝰ dñi. ⁊ pcussit i castris assirioꝝ cẽtũ octogitaqꝫ qꝫ milia. Cũqꝫ diluculo surrexisset vidit oĩa corpa mortuoꝝ: ⁊ recedẽs abijt. Et reuersus ẽ sẽnacherib rex assyrioꝝ. ⁊ mãsit i niniue. Cũqꝫ adoraret i tẽplo nesrach deũ suũ: adramelech ⁊ sarasar filij eiꝰ pcusserũt eũ gladio: fugeruntqꝫ in terram armenioꝝ: ⁊ regnauit asaraddon filius eius p eo. XX

In diebꝰ illis egrotauit ezechias vsqꝫ ad mortẽ: ⁊ venit ad eũ ysaias filiꝰ amos ppheta: dixitqꝫ ei. Hec dicit dñs deꝰ. Precipe domui tue. Morieris eñ tu ⁊ ñ viues. Qui ꝯuertit faciẽ suã ad parietẽ. ⁊ orauit dñʒ dicẽs. Obsecro domine memẽto quõ ãbulauerim corã te i veritate ⁊ i corde pfecto. ⁊ qd placitũ ẽ corã te feceri. Fleuit itaqꝫ ezechias fletu magno. Et añq̃ egrederet ysaias mediũ ptem atrij factꝰ ẽ sermo dñi ad eũ dicẽs. Reuertere ⁊ dic ezechie duci ppłi mei. Hec dicit dñs deꝰ dauid pris tui. Audiui orõnẽ tuã: ⁊ vidi lachrymã tuã. ⁊ ecce sanaui te. Die tertio ascẽdes tẽplũ dñi: ⁊ addã dieb' tuis quindeci annos. Sʒ ⁊ de manu regis assyrioꝝ liberabo te ⁊ ciuitatẽ hãc: ⁊ ptegã vrbẽ istam pp me ⁊ pp dauid suũ meũ. Dixitqꝫ ysaias. Afferte massã ficoꝝ. Quã cũ attulissent ⁊ posuissẽt sr̃ vlcꝰ eiꝰ: curatꝰ ẽ. Dixerat aũt ezechias ad ysaiã. Qd erit signũ qꝫ dñs me sanabit: ⁊ q ascẽsurꝰ sũ die tertia tẽplũ dñi? Cui ait ysaias. Hoc erit signũ a dño: qꝫ facturꝰ sit dñs sermõẽ quẽ locutꝰ ẽ. Vis ut ascẽdat ũbra dece lineis aut ut reuertať totidẽ gdib'? Et ait ezechias. Facile ẽ ũbrã crescẽ decẽ lineis. Nec hoc volo ut fiat: sʒ ut reuertať retrorsũ decẽ gdibus. Inuocauit itaqꝫ ysaias pphã dñm: ⁊ reduxit ũbrã p lineas qbꝰ iã descẽderat i horologio achaʒ retrorsũ decẽ gdibꝰ. In tpe illo misit merodach baladã filiꝰ baladã rex babylonioꝝ lrãs ⁊ mũera ad ezechiã. Audierat. n. qꝫ egrotasset ezechias. Letatꝰ ẽ aũt i aduẽtũ eoꝝ ezechias. ⁊ ostendit eis domum

aromatū. ⁊ aur ⁊ argētū ⁊ pigmēta varia
vnguēta q̄ȝ ⁊ domuȝ vasoꝝ suoꝝ ⁊ oīa q̄
hēre poterat i thesauris suis. Nō fuit qd̄ nō
ostēderet eis ezechias i domo sua ⁊ i oī pote
state sua. Uēit āt ysaias ꝑpha ad regeȝ
ezechiā: dixitq̧ ei. Quid dixerūt viri isti:
aut vn̄ venerūt ad te? Cui ait ezechias. De
tra lōginq̄ venerūt ad me de babylōe. At
ille r̄ndit. Quid viderūt in domo tua? Ait
ezechias. Oīa q̄cūq̧ sūt i domo mea vide
rūt. Nihil ē.n. qd̄ n̄ mōstrauerī eis i the-
sauris meis. Dixit itaq̧ ysaias ezechie.
Audi s̄monē dn̄i. Ecce dies vēiēt. ⁊ aufe-
rēt oīa q̄ sūt i domo tua: ⁊ q̄ ꝯdiderūt p̄res
tui vsq̧ i diē hāc i babylonē. Nō rēane-
bit q̄cq̄ ait dn̄s. Sȝ ⁊ de filijs tuis q egre
dient̄ ex te q̄s generab̄ tollēt. ⁊ erūt eunu
chi i palatio regis babylōis. Dixit ezechi
as ad ysaiā. Bon⁹ s̄mo dn̄i quē locut⁹ ē.
Sit tm̄ pax ⁊ v̄itas i dieb⁹ meis. Reliq̄ āt
s̄monū ezechie ⁊ oīs fortitudo ei⁹. ⁊ quō
fecerit piscinā ⁊ aq̄ductū. ⁊ introduxerit
aq̄s i ciuitatē: nōne h̄ scripta sūt i lib° s̄mo-
nū dieꝝ regū iuda? Dormiuitq̧ ezechias
cū p̄rib⁹ suis: ⁊ regnauit manasses filius
eius pro eo. XXI

Duodeci ānoꝝ erat manasses cū re
gnare cepisset. ⁊ q̄nq̄gita q̄nq̧ an-
nis regnauit i ir̄lm. Nomē m̄ris e⁹ aphsiba
Fecitq̧ malū i ꝯspectu dn̄i: iux̄ idola gē
tiū q̄s deleuit dn̄s a facie filioꝝ isr̄l. Con
uersusq̧ ē ⁊ edificauit excelsa q̄ dissipaue
rat ezechias p̄r ei⁹. ⁊ erexit aras baal ⁊
fecit lucos sic fecerat achab rex isr̄l. ⁊ ado-
rauit oēȝ militiā celi ⁊ coluit eā. Extruxit
q̧ aras i domo dn̄i de q̄ dixit dn̄s: i ir̄lm
ponā nomē meū: ⁊ extruxit altaria vni-
uerse militie celi: i duob⁹ atrijs tēpli dn̄i.
Et traduxit filiū suū ꝑ ignē. ⁊ ariolat⁹ ē ⁊
obseruauit auguria ⁊ fecit phitones. ⁊ aru-
spices multiplicauit ut faceret malū coraȝ
dn̄o ⁊ irritaret eū. Posuitq̧ idolum luci
quē fecerat i tēplo dn̄i: sr̄ q̄ locut⁹ est dn̄s
ad dauid ⁊ ad salomonē filiū ei⁹. In tē-
plo h̄ ⁊ i ir̄lm quā elegi de cūctis tribub⁹
isr̄l ponā nomē meū i sēpitnū ⁊ vltra nō
faciā cōmoueri pedē isr̄l d̄ t̄ra quā dedi pa
trib⁹ eoꝝ si tm̄ custodierit ope oīa q̄ p̄cepi
eis: ⁊ vniuersā legē quā mādauit eis fa⁹
me⁹ moyses. Illi v̄o n̄ audierūt: sȝ seducti
sūt a manasse ut facerēt malū sr̄ gētes q̄s
attriuit dn̄s a facie filioꝝ isr̄l. Locutusq̧
ē dn̄s i manu suoꝝ suoꝝ ꝑphaꝝ dicēs. Qr
fecit manasses rex iuda abomiat̄iōes istas
pessimas sr̄ oīa q̄ fecerūt āmorrei añ eū. ⁊
peccare fecit ēt iudā i imūdicijs suis ꝓpea
h̄ dic̄ dn̄s de⁹ isr̄l. Ecce ego iducā mala sr̄
ir̄lm ⁊ iudā ut q̄cūq̧ audierit: tineāt ābe
aures ei⁹. Et extēdā sr̄ ir̄lm funiculuȝ sa-
marie ⁊ pōd⁹ dom⁹ achab: ⁊ delebo ir̄lm
sic deleri solēt tabule. Delēs v̄tā ⁊ ducam
crebri⁹ stilū sr̄ faciē ei⁹. Dimittā v̄o reliq
as h̄ditatis mee ⁊ tradā eas i man⁹ inimi-
coꝝ ei⁹ erūtq̧ i vastitate ⁊ i rapiā cūctis
aduersarijs suis eo q̄ fecerit malū corā
me: ⁊ ꝑseuerauerit irritātes me ex die q̄
egressi sūt p̄res eoꝝ ex egypto vsq̧ ad hāc
diē. Insr̄ ⁊ sanguinē inoxiū fudit manas
ses multū nimis dōec iplerex ir̄lȝ vsȝ ad
os: absq̧ peccatis suis qb⁹ peccare fecit iudā
ut faceret malū corā dn̄o. Reliq̄ āt s̄monū
manasse ⁊ vniuersa q̄ fecit. ⁊ pcc̄m ei⁹ qd̄
peccauit: nōne h̄ scripta sūt i libro s̄monuȝ
dieꝝ regū iuda? Dormiuitq̧ manasses cū
p̄rib⁹ suis: ⁊ sepult⁹ ē i horto dom⁹ sue: in
horto ozā. ⁊ regnauit amō fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. Ui-
gitiduoꝝ ānoꝝ erat amō cū regnare cepis-
set: duob⁹ q̄ȝ annis regnauit i ir̄lȝ. Nomen
m̄ris ei⁹ messallemeth filia arus d̄ iethe
ba. Fecitq̧ malū i ꝯspectu dn̄i sic fecerat
manasses p̄r ei⁹. ⁊ āmbulauit in via ꝑ quā
āmbulauerat p̄r ei⁹. Seruiuitq̧ imūdicijs
qb⁹ seruierat p̄r ei⁹. ⁊ adorauit eas. ⁊ dere
liquit dn̄ȝ deū patꝝ suoꝝ ⁊ n̄ āmbulauit i uia
dn̄i. Tetēderūtq̧ ei isidias s̄ui sui. ⁊ interfe-
cerūt regē i domo sua. Percussit āt ppl̄us
t̄re oēs q ꝯiurauerāt ꝯ regē amō. ⁊ ꝯstitu
erūt sibi regē iosiā filiū ei⁹ ꝓ eo. Reliq̄
āt s̄monū amō q̄ fecit: nōne h̄ scripta sūt i li
bro s̄monū dieꝝ regū iuda? Sepellierūt
q̧ eū i sepulchro suo i horto ozā. ⁊ regnauit
iosias fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. XXII

Octo ānoꝝ erat iosias cū regnare ce-
pisset. ⁊ trigītauno āno regnauit i ir̄lȝ
Nomē m̄ris ei⁹ ydida filia phadaia d̄ be
sechat. Fecitq̧ qd̄ placitū erat corā dn̄o
⁊ āmbulauit ꝑ oēs vias dauid p̄ris sui. Nō
declinauit ad dexterā siue ad sinistrā. An
no āt octauodecio regis iosie misit
rex saphā filiuȝ filij mesullā scribā tēpli
dn̄i: dicēs ei. Uade ad helchiā sacerdotē
magnū ut ꝯflet pecūia q̄ illata ē i tēplū
dn̄i: quā collegerūt ianitores tēpli a ppl̄o:
detq̧ fabris ꝑ ꝑpositos dom⁹ dn̄i. Qui ⁊

distribuāt eā his q opant i tēplo dn̄i ad i
staurāda sartatecta tēpli. tignarys vide
licet ⁊ cemētarys. ⁊ his q interrupta ɔpo
nūt. ⁊ ut emāt ligna ⁊ lapides de lapici
dinis ad istaurādū tēplū dn̄i. Uerū nō
supputet eis argētū qđ accipiūt ſʒ in po
testate hēant ⁊ i fide. Dixit aūt helchias
pōtifex ad saphā scribā. Librū legis rppi
i domo dn̄i. Deditq; helchias volumē sa
phā scribe: q ⁊ legit illud. Uēit q; saphā
scriba ad regē: ⁊ nūciauit ei qđ ꝑceperat.
⁊ ait. Cōflauerūt ſui tui pecūiā q̄ repta est
i domo dn̄i: ⁊ dederūt ut distribuerēt fabris
ac ꝑfectis opeꝝ tēpli dn̄i. Narrauit q; sa
phā scriba regi dicens. Librū dedit mihi
helchias sacerdos. Quē cū legisſʒ saphā
corā rege. ⁊ audisset rex ṽba libri legis
dn̄i: scidit vestimēta sua: ⁊ ꝑcepit helchie
sacerdoti ⁊ ahicā filio saphā ⁊ achobor
filio micha ⁊ saphā scribe ⁊ asaie ſuo re
gis dicēs. Ite ⁊ ɔsulite dn̄ʒ ſr me ⁊ ſr po
pulo ⁊ ſr oī iuda: de ṽbis voluminis istius
qđ iuētū ē. Magna n. ira dn̄i succēsa est ɔ
nos: q2 n̄ audierūt pr̄es n̄ri ṽba libri hu'ut
facerēt oē qđ scriptū ē nobis. Ierūt itaq;
helchias sacerdos ⁊ ahicā ⁊ achobor ⁊
saphā ⁊ asaia ad oldā ꝓphetē vxorē sel
lū filij thecue filij aras custodis vestiū:
q̄ habitabat i irl̄ʒ i s'a: locutiq; ſr ad eā. Et il
la r̄ndit eis. Hec dic̄ dn̄s de' isrl̄. Dicite ui
ro q misit vos ad me. Hec dic̄ dn̄s. Ecce
ego adducā mala ſr locū istū ⁊ ſr habitato
res ei': oīa ṽba legis q̄ legit rex iuda: q2
dereliq̄rūt me ⁊ sacrificauerūt dijs alienis
irritātes me i cūctis opib' manuū suarū.
Et succēdet idignatio mea i loco hoc: ⁊ nō
extinguet. Regi at̄ iuda q misit vos ut cō
suleretis dn̄ʒ: sic dicetis. Hec dic̄ dn̄s de' isrl̄.
Pro eo q' audisti ṽba voluminis ⁊ ꝑterritū
ē cor tuū ⁊ hūiliat' es corā dn̄o: audit' ꝑ
mōib' ɔ locū istū ⁊ habitatores ei': q' vide
licet fierēt i stuporē ⁊ i maledictū: ⁊ sci
disti vestimēta tua ⁊ fleuisti coram me ⁊
ego audiui ait dn̄s: idcirco colligā te ad
pr̄es tuos: ⁊ colligeris ad sepulchrū tuū i
pace ut n̄ videāt oculi tui oīa mala q̄ in
ducturꝰ sū ſr locū istū. XXIII

Et nūciauerūt regi qđ dixerat. Qui
misit ⁊ ɔgregati ſr ad eū oēs senes
iuda ⁊ irl̄ʒ. Ascēditq; rex tēplū dn̄i. ⁊ oēs
uiri iuda. vniuersiq; q habitabāt i irl̄ʒ cū eo
sacerdotes ⁊ ꝓphe ⁊ oīs pp̄ls a paruo vsq;
ad magnū: legitq; cūctis audiētib' oīa ṽ
ba libri federis q iuēt' ē i domo dn̄i. Ste
titq; rex ſr gradū ⁊ fedꝰ ꝑcussit corā dn̄o ut
ābularēt pꝰ dn̄ʒ. ⁊ custodirēt ꝑcepta ei' ⁊
testimōia ⁊ cerimōias i oī corde: ⁊ i tota
aīa: ⁊ suscitarēt ṽba federis hu' q̄ scripta
erāt i libꝰ illo. Acquieuitq; pp̄ls pacto. Et p
cepit rex helchie pōtifici ⁊ sacerdotib' se
cūdi ordis ⁊ ianitorib' ut ꝓicerēt de tē
plo dn̄i oīa vasa q̄ fcā fuerāt baal ⁊ in lu
co ⁊ vniuerse militie celi ⁊ ɔbussit ea fo
ris irl̄ʒ i ɔualle cedrō: ⁊ tulit pl̄uerē eoꝝ i
bethel. Et deleuit aruspices q̄s posuerāt
reges iuda ad sacrificādū i excelsis ꝑ ci
uitates iuda ⁊ i circuitu irl̄ʒ. ⁊ eos q ado
lebāt icēsū baal ⁊ soli ⁊ lune ⁊ duodecī si
gnis ⁊ oī militie celi. Et efferri fec̄ lucū
de domo dn̄i foras irl̄ʒ i ɔualle cedron: ⁊
ɔbussit eū ibi ⁊ redegit i pulueē: ⁊ ꝓiec
ſr sepulchra vulgi. Destruxit q; edicu
las effeminatoꝝ q̄ erāt i domo dn̄i. ꝓ qb' mu
lieres texebāt q̄si domūculas luci. Con
gregauitq; oēs sacerdotes de ciuitatib' iu
da: ⁊ ɔtaminauit excelsa vbi sacrificabā
sacerdotes: de gabaa vsq; bersabee. Et
destruxit aras portaꝝ i introitu ostij iosue
ꝑncipis ciuitat' qđ erat ad sinistrā porte
ciuitat'. Uerūtñ n̄ ascēdebāt sacerdotes ex
celsoꝝ ad altare dn̄i i irl̄ʒ: ſʒ tm̄ comedebāt
azima i medio fratꝝ suoꝝ. Contaminauit
q; topheth qđ ē i ɔualle filij ennon: ut ne
mo ɔsecraret filiū suū aut filiā ꝑ ignem mo
loch. Abstulit q; eq̄s q̄s dederāt reges iuda
de soli i introitu tēpli dn̄i iuxta exedram na
thamelech eunuchi q erat i pharurim:
cur'ū at̄ solis ɔbussit igni. Altaria q; q̄ erāt
ſr tecta cenaculi achaʒ q̄ fecerāt reges iuda
⁊ altaria q̄ fecerat manasses in duobus
atrijs tēpli dn̄i destruxit rex: ⁊ cucurrit
īde ⁊ dispsit cinerē eoꝝ i torrētē cedron.
Excelsa q; q̄ erāt i irl̄ʒ ad dextrā partē mō
tis offēsiōis q̄ edificauerat salomon rex
isrl̄ astaroth idolo sidonioꝝ ⁊ chamos
offēsiōi moab: ⁊ melchō abominatiōi filioꝝ
āmō polluit rex. ⁊ ɔtriuit statuas: ⁊ succi
dit lucos: repleuitq; loca eoꝝ ossib' mor
tuoꝝ. Insup ⁊ altare qđ erat in bethel
excelsū qđ fecerat hieroboā filꝰ nabath
q peccare fec̄ isrl̄: ⁊ altare illud ⁊ excelsū de
struxit atq; ɔbussit ⁊ ɔminuit in puluerē:
succēditq; et lucū. ⁊ ɔuersus iosias vidit
ibi sepulchra q̄ erāt i mōte: misitq; ⁊ tulit

ossa de sepulchris. ꝛ ꝯbussit ea sr̄ altar̄: ꝛ
polluit illō iux̄ ꝟbū dñi qd̄ locut᷒ ē vir
dei q̄ p̄dixerat ꝟba h̄. Et ait. Quis ē titu
lus iste quē vidɔ: Rn̄derūtq̄ ei ciues vrb̄
illi᷒. Sepulchꝝ ē hoīs dei q̄ vēit de iuda
ꝛ p̄dixit ꝟba h̄ q̄ fecisti sr̄ altare bethel.
Et ait. Dimitte eū. Nemo ꝯmoueat. os
sa ei᷒. Et intacta māserūt ossa illi᷒ cū ossib᷒
ꝓphe q̄ venerat de samaria. Insr̄ ꝛ oīa
phana excelsoꝝ q̄ erāt ī ciuitatib᷒ samarie
q̄ fecerāt r̄ges isrl̄ ad irritādū dñz: abstu
lit iosias. ꝛ fec̄ eis sc̄m oīa q̄ fecerat in be
thel. Et occidit vniuersos sacerdotes ex
celsoꝝ q̄ erāt ibi sr̄ altaria. ꝛ ꝯbussit ossa
hūana sr̄ ea. Reuersusq̄ ē irl̄m. ꝛ p̄cepit
oī ppl̄o dicēs. Facite phase dño deo vr̄o:
sc̄m qd̄ scriptū ē ī libro federis h᷒. Nec. n.
factū ē phase tale a dieb᷒ iudicū q̄ iudica
uerūt isrl̄ ꝛ oīuz dieꝝ regū isrl̄ ꝛ regū iu
da: sic ī octauodecio āno regis iosie fc̄m ē
phase istud dño ī irl̄z. Sz ꝛ phitōes ꝛ ari
olos ꝛ figuras idoloꝝ. ꝛ imūdītias ꝛ ab
omīatiōes q̄ fuerāt ī t̄ra iuda ꝛ irl̄z abstulit
iosias ut statuerēt ꝟba legis q̄ scripta sūt in
lib᷒ quē iuēit helchias sacerdos in tēplo
dñi. Silis illi n̄ fuit an̄ eū rex: q̄ reuerterēt
ad dñz ī oī corde suo ꝛ ī tota aīa sua ꝛ uni
uersa virtute sua iux̄ oēz legē moysi. necq̄
p᷒ eū surrexit silis illi. Verūtn̄ n̄ ē auersus
dñs ab ira furoris sui magni: q̄ irat᷒ ē furō
ei᷒ ꝯ iudā ꝓp irritatiōes qb᷒ ꝓuocauerat
eū manasses. Dixit itaq̄ dñs. Etiā iudaz
auferā a facie mea. sic abstuli isrl̄. ꝛ ꝓyci
am ciuitatē hāc quā elegi irl̄z ꝛ domū de q̄
dixerāt nom̄ meū ibi. Reliq̄ ꝟo s̄monū
iosie ꝛ vniuersa q̄ fec̄: nōne h̄ scripta sūt in
lib᷒ ꝟboꝝ dieꝝ regū iuda: In dieb᷒ eius
ascēdit pharao nechao rex egypti ꝯ regē
assyrioꝝ ad flum̄ eufratē. Et abijt iosias
rex iuda ī occursū ei᷒: ꝛ occis᷒ ē in maged
do cū vidisset eū. Et portauerūt eū s̄ui sui
mortuū de mageddo ꝛ ꝑtulerūt ī irl̄z ꝛ se
pelierūt eū ī sepulchro suo. Tulitq̄ ppl᷒s
t̄re ioachaz filiū iosie. ꝛ vnxerūt eū: ꝛ ꝯsti
tuerūt eū regē ꝓ p̄re suo. Vigītitriū ānoꝝ
erat ioachaz cū regn̄re cepisset: ꝛ trib᷒ mēsi
b᷒ regnauit ī irl̄z. Nom̄ m̄ris ei᷒ amithal: fi
lia ieremie de lobna. Et fec̄ malū coram
dño iux̄ oīa q̄ fecerāt p̄res ei᷒. Vinxitq̄ eū
pharao nechao ī reblata: q̄ ē ī t̄ra emath:
ne regnaret ī irl̄z. Et imposuit mulctā t̄re cētū
talētis argēti: ꝛ talēto auri. Regēq̄ ꝯstituit
pharao nechao heliachī filiū iosie ꝓ io
sia p̄re ei᷒. ꝟtitq̄ nomē ei᷒ ioachī. porro
ioachaz tulit ꝛ duxit ī egyptū. Argētū āt
ꝛ auꝝ dedit ioachī pharaoi cū idixisset t̄re
ꝑ singlos ut ꝯferret iux̄ p̄ceptū pharaoīs.
Et vnūquēq̄ iux̄ vires suas exegit tā ar
gētū q̄ auꝝ de ppl̄o t̄re ut daret pharaoi
nechao. Vigītiquq̄ ānoꝝ erat ioachī cū
regn̄re cepisset: ꝛ vndecī ānis regnauit ī irl̄z.
Nomē m̄ris ei᷒ zebida filia phadaia de
ruma. Et fecit malū corā dño: iux̄ oīa q̄
fecerant p̄res ei᷒. XXIIII

In dieb᷒ ei᷒ ascēdit nabuchodono
sor rex babylōis: ꝛ fact᷒ est ei ioa
chī s̄u᷒ trib᷒ ānis: ꝛ rursū rebellauit ꝯ eū.
Immisitq̄ ei dñs latrūculos caldeoꝝ ꝛ
latrūculos syrie ꝛ latrūculos moab ꝛ la
trūculos filioꝝ āmō. ꝛ imisit eos ī iudā
ut disꝑderēt eū iux̄ ꝟbū dñi qd̄ locut᷒ fu
erat ꝑ s̄uos suos ꝓphas. Fc̄m ē āt h̄ ꝑ ꝟ
bū dñi ꝯ iudā ut auferret euz corā se: ꝓp
pccā manasse vniuersa q̄ fec̄. ꝛ ꝓp sāgui
nē inocētū quē effudit: ꝛ ipleuit irl̄z cruore
inocētū: ꝛ ob hāc rē noluit de᷒ ꝓpitiari.
Reliq̄ āt s̄monū ioachī ꝛ vniuersa q̄ fec̄
nōne h̄ scripta sūt ī lib᷒ s̄monū dieꝝ regū
iuda: Et dormiuit ioachī cū p̄rib᷒ suis: ꝛ
regnauit ioachī fili᷒ ei᷒ ꝓ eo. Et vltra n̄ ad
didit rex egypti ut egrederet᷑ de t̄ra sua.
Tulerat. n. rex babylōis a riuo egypti vsq̄
ad fluuiū eufratē oīa q̄ fuerant regis
egypti. Decē ꝛ octo ānoꝝ erat ioachī cuz
regn̄re cepisset ꝛ trib᷒ mēsib᷒ regnauit ī irl̄z.
Nom̄ m̄ris ei᷒ noesta filia helnathā de
irl̄z. Et fec̄ malū corā dño: iux̄ oīa q̄ fece
rat p̄r ei᷒. In t̄pe illo ascēderūt s̄ui nabu
chodonosor regis babylōis ī irl̄z: ꝛ cir
cūdata ē vrbs mūitiōib᷒. Veitq̄ nabu
chodonosor rex babylōis ad ciuitatē cū s̄
uis suis: ut oppugnarēt eā. Egressusq̄ ē
ioachī rex iuda ad regē babylōis ipse ꝛ
m̄r eius ꝛ s̄ui eius ꝛ principes eius ꝛ eu
nuchi eius. ꝛ suscepit eum rex babylōis
anno octauo regni sui. Et protulit inde
omnes thesauros domus domini ꝛ the
sauros domus regie: ꝛ concidit vniuer
sa uasa aurea: que fecerat salomon rex
israhel in templo domini iuxta verbum
domini. ꝛ transtulit oēm irl̄m ꝛ vniuer
sos p̄ncipes ꝛ oēs fortes exercit᷒ decē mi
lia ī captiuitatē ꝛ oēz artificē ꝛ iclusorē:
nihilq̄ relictū ē except̄ paupib᷒ ppl̄i t̄re

Trāstulit q̄z ioachī i babylonē: ⁊ mrēm
regis ⁊ vxores regis ⁊ eunuchos regis ⁊
iudices t̄re duxit i captiuitatē de ir̄lz in
babylonē. ⁊ oēs viros robustos septē mi
lia ⁊ artifices ⁊ iclusores mille. oēs uiros
fortes ⁊ bellatōes: duxitq̄ eos rex baby
lōis captiuos i babylonē. Et ↄstituit ma
thathiā patruū ei' p̄ eo: iposuitq̄ nomē
ei sedechiā. Vicessimū ⁊ p̄mū ānū etatē
hēbat sedechias cū regnare cepisset. ⁊ vn
deci ānis regnauit i ir̄lm. Nomē m̄ris eius
erat amithal: filia ieremie d̄ lobna. Et fe
cit malū corā dn̄o: iuxta oia q̄ fecerat ioa
chi. Irascebat̄ n. dn̄s ↄ̄ ir̄lm ⁊ ↄ̄ iudā: do
nec p̄iceret eos a facie sua. Recessitq̄ se
Sedechias
dechias a rege babylōis. XXV
Factū ē āt anno nono regni ei' mē
se decio decia die mēsis vēit na
buchodonosor rex babylōis ipse ⁊ ois ex
ercit' ei' i ir̄lm ⁊ circūdedert eā. ⁊ extru
xert i circuitu ei' mūitiōes. Et clausa est
citas atq̄ vallata vsq̄ ad vndecimū an
nū regis sedechie nona die mēsis. Pre
2776
ualuitq̄ fames i citate: nec ērat pānis pplo
t̄re. Et interrupta ē citas. ⁊ oēs viri bellato
res nocte fugert p̄ viā porte q̄ est int̄ du
plicē mur̄ ad hortū regis. Porro chaldēi
obsidebāt i circuitu citatez. Fugit itaq̄
sedechias p̄ viā q̄ ducit ad cāpestria so
litudis. Et p̄secut' ē exercit' chaldeoꝝ re
gē ↄp̄hēditq̄ eū i plāitie hiericho: ⁊ oēs
bellatores q̄ erāt cū eo dispsi st̄ ⁊ relīq
rūt eū. Ap̄p̄hēsū ḡ rḡē duxert ad rḡē ba
bylōis i rblatha: q̄ locut' ē cū eo iudiciū.
Filios āt sedechie occidit corā eo ⁊ ocu
los ei' effodit. vixitq̄ eū cathēis ⁊ addu
xit i babylonē. Mēse q̄nto septia die mē
sis ipse ē ann' nonusdecim' regis baby
lōis vēit nabuzardā p̄nceps exercit' su'
regis babylōis i ir̄lm ⁊ succēdit domum
dn̄i ⁊ domū regis ⁊ domos ir̄lz. oēmq̄ do
mū ↄbussit igni: ⁊ muros ir̄lz in circuitu
destruxit ois exercit' chaldeoꝝ q̄ erat cū
p̄ncipe militū. Reliq̄ āt ppl̄i p̄tē q̄ remā
serat i citate ⁊ p̄fugas q̄ trāsfugerant ad
regē babylōis. ⁊ reliquū vulg' trāstulit
nabuzardā p̄nceps militie: ⁊ de paupib'
t̄re reliq̄t vinitores ⁊ agricolas: colūnas
āt ereas q̄ erāt i tēplo dn̄i ⁊ bases. ⁊ mar
ereū q̄d erat i domo dn̄i ↄfregert caldei:
⁊ trāstulert es oē i babylonē. Ollas q̄q̄
ereas ⁊ trulas. ⁊ tridētes. ⁊ cyphos. ⁊ mor

tariola. ⁊ oia uasa erea: i q̄b' ministrabāt [illegible]
tulert: necnō ⁊ thuribula. ⁊ phialas [illegible]
aurea aurea. ⁊ q̄ argētea argentea [illegible]
ceps militie. i. colūnas duas: mare [illegible]
⁊ bases q̄s fecerat rex salomō i templo [illegible]
Nō erat pōdus eris: oīuz vasoꝝ [illegible]
octo cubitos altitudis hēbat colūna [illegible]
⁊ capitellū ereū sup se altitudis [illegible]
bitoꝝ. ⁊ retiaculū ⁊ malogranata sup [illegible]
tellū colūne oia erea. Silem ⁊ colūna [illegible]
cūda hēbat ornatū. Tulit q̄z p̄nceps [illegible]
litie saraiā sacerdotē p̄mū. ⁊ sophoniā [illegible]
sacerdotē secūdū ⁊ tres ianitores [illegible]
uitate eunuchū vnū q̄ erat p̄fect' [illegible]
latores viros. ⁊ q̄nq̄ viros de h[illegible]
rāt corā rege: q̄s reppit i citate [illegible]
p̄ncipē exercit' q̄ p̄babat tyrones [illegible]
pulo t̄re: ⁊ sex viros e vulgo q̄ [illegible]
rāt i citate. Quos tollēs nabuzardan [illegible]
ceps militū duxit ad regē babylonis [illegible]
blatha: p̄cussitq̄ eos rex babylonis [illegible]
fecit eos i reblatha i t̄ra emath. [illegible]
lat' ē iuda de t̄ra sua. Pp̄ls āt [illegible]
erat i t̄ra iuda quē dimiserat nabucho[illegible]
nosor rex babylōis p̄fecit godoliam [illegible]
aichan filij saphan. Qd̄ cū audissent [illegible]
duces militū ipsi ⁊ viri q̄ erāt cū [illegible]
delicet q̄ ↄstituisset rex babylonis [illegible]
liā: venert ad godoliam i masphat [illegible]
hel fili' nathanie ⁊ iohānan fili' [illegible]
saraia fili' thanameth nethophatites [illegible]
⁊ iezonias fili' maachathi ipsi ⁊ socij [illegible]
Iurauitq̄ godolias ipsis ⁊ socijs [illegible]
cens. Nolite timē fuire caldeis [illegible]
te i terra ⁊ fuite regi babylonis [illegible]
vob. Fcm̄ ē āt in mēse septio venit [illegible]
hel fili' nathanie filij elisama de [illegible]
regio ⁊ decē viri cū eo. p̄cusseruntq̄ [illegible]
am q̄ ⁊ mortu' ē: sz ⁊ iudeos ⁊ caldeos [illegible]
erāt cū eo i maspha. Consurgensq̄ [illegible]
populus a paruo vsq̄ ad magnū [illegible]
cipes militū venerunt in egyptum [illegible]
tes caldeos. Factū est vero in [illegible]
simoseptimo transmigrationis [illegible]
regis iude: mense duodecimo [illegible]
⁊ septima die mēsis: subleuauit [illegible]
rodach rex babylonis anno [illegible]
ceperat caput ioachin regis [illegible]
cere. ⁊ locut' ē ei benigne. Et posuit [illegible]
nū eius sup thronū regū q̄ erāt [illegible]
babylōe: ⁊ mutauit vestes [illegible]
erat in carcere. ⁊ comedebat panē [illegible]

...ei⁹ cūctis dieb⁹ vite sue: ānonam
...statuit ei sine intermissiōe q̄ ⁊ dabaf ei
...g singulos dies oib⁹ dieb⁹ vite sue.
Explicit liber Malachim.i.regū q̄rt⁹
Incipit plogus sci Hieronymi i librum
...q̄ ē paralypomenon quod
...possumus verba dierum.

S Ant⁹ ac talis ē liber iste.ut abs
q illo si qs sciaȝ scripturarū si
bi voluerit arrogare semetip
sum irrideat: p singula qppe
...dictarūq; ebor: ⁊ ꝑtermisse i libri
...regum historie: ⁊ inumerabiles ex
...euāgelij q̄ōnes. Sȝ si septuagin
...pura.⁊ ut ab eis i grecū vsa ē
...pmanet: frustra me chromati epoȝ
...atq; doctissime ipellis: ut hebrā
...latio sermōe trāsferrē. Qđ ei
...bolum occupauerat. ⁊ nascēt
...roborauerat fidē: iustū erat ēt nro
...comprobari. Nūc vero cū p varie
...diuersa ferāt exēplaria. ⁊ ger
...annosq; trāslatio corrupta sit:
...arbitrij putas: aut e pluri
...qđ veȝ sit: aut nouū op⁹ i veti
...iudeis cornicuȝ:
...Alexādria ⁊ egypt⁹ in
...esichiū laudat auctorē:
...vsq; antiochiā luciāi mar
...exēplaria pbat. Medie int has p
...codices legūt: qs ab ori
...eusebi⁹ ⁊ pāphilus vul
...Totusq; orb hac int se triphoria
...ꝯpugnat. Et certe origenes nō
...exēpla ꝯposuit q̄tuor editionū e re
...describēs: ut vn⁹ differt
...int se ꝯsentiētib⁹ arguaf.
...audacie ē i editiōe septuagi
...editionē miscuit: asteriscis
...fuerit. ⁊ vgulis q̄ ex sup
...apposita. Si igif alijs licu
...semel susceptā. ⁊ p⁹ septuagita
...sine auctor iactāf singu
...Hęc i ecclijs legif qđ
...cur me nō suscipiūt la
...editiōe veti ita nouā
...meum hebreis ⁊ qđ his
...auctorib⁹ ꝯpbē. Scripsi
...genē iterptādi ondēs
...egypto vocaui filium
...vocabif. ⁊ videbūt in
...apls. qđ ocul⁹ nō vidit

nec auris audiuit: ⁊ i cor hois nō ascēdit q̄
ꝑparauit de⁹ diligētib⁹ se: cetaq; his silia i
hebreoꝝ librij iuēiri. Certe apli ⁊ euāgeli
ste: septuagita iterptes nouerāt. ⁊ vñ eis
hoc q̄ i septuagita iterptib⁹ nō hñt: Xpūs do
min⁹ nr vtriusq; testi ꝯditor in euāgelio
sm iohānē. q credit ingt i me sic dic scri
ptura: flumia de vētre ei⁹ fluēt aq̄ viue.
vtiq; scriptū est qđ saluator scriptū esse
testaf. Ubi scriptū ē: Septuagita nō hñt:
apocrhypha nescit ecclesia. Ad hebreos
igif reuertēdū ē: vñ ⁊ dñs loqf: ⁊ discipuli
exēpla ꝓsumūt. Hec pace veteꝝ loq̄r ⁊
obtrectatorib⁹ meis tm̄ rńdeo. q canino
dēte me rodūt i publico detrahētes ⁊ le
gētes i āgulis. id ē accusatores ⁊ defēsores
cū i alijs pbēt qđ i me reprobāt: q̄si vtu⁹ ⁊
vitiū nō i reb⁹ sit: sȝ cū auctor mutef. Ce
teꝝ memi editionē septuagita trāslatoꝝ
oli de greco emēdatā tribuisse me nris:
nec inimicū debē estiari eoꝝ qs i ꝯuentu
fratꝝ sp edissero. Et qđ nūc dabreiamī.i.
vba dieꝝ interptat⁹ sū: idcirco feci: ut iex
tricabiles moras ⁊ siluā noiuȝ q̄ scriptoꝝ
ꝯfusa sūt vitio: sēsuūq; barbariē apti⁹ ⁊ p
vsuū cola digererē: mihimetipi ⁊ meis
iux ismeniū canēs. si aures surde sūt ceteꝝ.

E Item alius prologus.
Usebi⁹ hieronym⁹: domnioni ⁊
rogatiāo suis i xp̄o ihū salutē.
Quō grecoꝝ histoias magis itel
ligūt q athēas viderit: ⁊ tertiuȝ
vgilij libꝝ a troade p leuchatē ⁊ a croce
raunia ad siciliā: ⁊ ide ad ostia tyberi na
uigauerit. Ita sācta scripturā lucidi⁹ intu
ebif q iudeā ocul ꝯtēplat⁹ ē: ⁊ atiqꝝ vr
biū memorias: locoꝝq; vl eadē vocabla
vl mutata cognouerit. Unñ ⁊ nob cure fuit
cū eruditissimis hebreoꝝ hunc laborem
subire: ut circuirem⁹ ꝓuinciā quā vniuēse
xp̄i ecclie sonāt. Fateor.n. mi domnion ⁊
rogatiāe carissimi nūq; me i diuinis volu
minib⁹ ꝓprijs virib⁹ credidisse: nec hūisse
opionē meā: sȝ ea ēt de qb⁹ scire me arbi
trabar interrogare me solitū. Quanto ma
gis de his sr qb⁹ anceps erā: Denq; cū a
me nup lrīs flagitassetis: ut vob palypo
menō latio smōe trāsferrē: de tybiade le
gis quōdā auctorē q apud hebreos admi
ratiōi hēbaf assūpsi: ⁊ cōtuli cū eo a vti
ce: ut aiūt vsq; ad extremū vnguē. ⁊ sic
ꝯfirmat⁹ ausus sum facere qđ iubebatis

Libē.n.vob loq̄r. Ita.n. i grecis ꝛ latinis
codicib' h̄ noiuȝ liber vitiosus ē: ut n̄ tā
hebrea q̄ bābara q̄dā ꝛ sarmatica noia
ꝯiecta arbitrādū sit. Nec h̄ septuagīta i-
terp̄tib' q spū scō pleni ea q̄ vera fuerāt trā
stulerāt: ſȝ scriptoꝝ culpe ascribēdū. dū
de iemendatis iemēdata scriptitāt ꝛ sepe
tria noia subtractis e medio syllabis i unuȝ
vocabulū cogūt: vel e regiōe vnū nomeȝ
pp latitudinē suā i duo vel tria vocabla
diuidūt. Sȝ ꝛ ipe appellatiōes nō hoies
ut plerīq; estimāt: ſȝ vrbes. ꝛ regiones: ꝛ
salt': ꝛ pūicias sonāt: ꝛ oblīq̄ sub inp̄ta
tiōe ꝛ figura eoꝝ q̄dā narrant historie: ū
qb' i regnoꝝ libro dr. Nōne ecce h̄ scrip-
ta sūt i libro verboꝝ dieꝝ reguȝ iuda? Que
vtīq; i n̄ris codicib' n̄ h̄nt. Hoc p̄mū sci
endū q̄ apud hebreos palypomenon li-
ber vn' sit: ꝛ apud illos vocat' dabreia-
mi. i. verba dieꝝ q pp magnitudinē apud
nos diuisus ē. Deīde ēt illud attēdēdū q̄
freq̄nt noia n̄ vocabula hoiuȝ: ſȝ reꝝ: ut
viri: significātias sonāt. Ad extremū q̄
ois eruditio scripturaꝝ i h̄ ꝯtinet. ꝛ histo
rie q̄ vel p̄termisse sūt i suis locis: vel p̄stric
te leuit. h̄ p q̄dā verboꝝ ꝯpēdia explicent.
Oronū itaq; vr̄aꝝ adiut' auxilio misi, li-
brū beniuol' placituꝝ: tn̄ inuidis displici-
tuꝝ eē n̄ ābigo. Optia.n.q̄q;: ut ait Plini
us: malūt ꝯtēnē plerīq; q̄ discē. Si qs in
hac īterp̄tatiōe voluerit aliqd rep̄hēdere
interroget hebreos: suā ꝯsciam recolat: vi
deat ordinē textūq; s̄mōis. ꝛ tūc n̄ro la-
bori si potuerit ꝯtrahat. Ubicūq; ū aste
riscos. i. stellas radiare i h' volumie vide
ris: ibi sciat de hebreo additū qd̄ i lati
nis codicib' n̄ h̄r. Ubi vero obellus. trāsuer
sa. s. vga p̄posita ē: illic signatur qd septua
gīta inp̄tes addiderunt: vel ob decoris
grām. uel ob spūs sancti auctoritatem:
licet in hebreis voluminibus n̄ legatur.
Explicit p̄fatio. Incipit prim' liber da
breiamin. i. palypomenon. Capl'm I

Adam seth enos
caynā: malaleel iāreth ēnoch
matusale lamech noe sem
chā ꝛ iafeth. Filij iafeth: go
mer magog madai ꝛ iauan thubal mo-
sach thiras. Porro filij gomer: ascenē ꝛ
riphat ꝛ rogorma. Filij āt iauan: elisa ꝛ
tharsis cethiȝ ꝛ dedanin. Filij chā: chus
ꝛ mesraī phut ꝛ chanaā. Filij āt chus [illegible]
ba ꝛ euila sabatha ꝛ regma ꝛ [illegible]
Porro filij regma: saba ꝛ [illegible]
gēuit nemroth. Iste cepit eē [illegible]
Mesrai vero gēuit ludi ꝛ anani [illegible]
nepthui: phetrusim q̄ȝ ꝛ caslui [illegible]
egressi sūt philistij: ꝛ capthori. [illegible]
vero gēuit sidonē p̄geītū suū [illegible]
buseū ꝛ amorreū ꝛ gergeseū [illegible]
aracheū ꝛ asineū aradiū q̄ȝ ꝛ [illegible]
amatheū. Filij semelā ꝛ assur [illegible]
lud ꝛ arā. Filij arā: hus ꝛ hul ꝛ [illegible]
mes. Arfaxat āt gēuit sale q ꝛ [illegible]
heber. Porro heber nati sūt [illegible]
mē vni phalech: qr i dieb' [illegible]
t̄ra. ꝛ nomē fr̄is ei' iectan. Iecta [illegible]
it elmodad ꝛ saleph. ꝛ asermoth [illegible]
adurā q̄ȝ ꝛ vzal ꝛ decla. ebal [illegible]
el ꝛ saba. necnō ꝛ ophir ꝛ euila [illegible]
Oēs isti filij iectā. Sem arfaxat [illegible]
ber phalech ragau serach nachor [illegible]
abram. iste ē abraā. Filij āt abraā [illegible]
ꝛ ismahel. Et he generatiōes eoꝝ [illegible]
genit' ismahelis nabaioth ꝛ cedar [illegible]
dehel ꝛ mabsan ꝛ masma ꝛ [illegible]
addad ꝛ thema iachur naphis [illegible]
Hi sūt filij ismahelis. Filij āt [illegible]
cubine abrahā q̄s gēuit. zamri [illegible]
dan madian iesboc ꝛ Sue. [illegible]
iecsan: saba ꝛ dadā. Filij āt dadā [illegible]
ꝛ lathusim ꝛ loomi. Filij āt madiā [illegible]
ꝛ epher ꝛ enoch ꝛ abidā ꝛ eldaa [illegible]
filij cethure. Generauit āt abraā [illegible]
cui' fuerūt filij: esau ꝛ isrl. Filij [illegible]
phaȝ rahuel iebus ielon chore. [illegible]
phaȝ: themā omar cepphi [illegible]
thamna: amalech. Filij rahuel [illegible]
zara samma meza. Filij seir [illegible]
sebeon: ana: dison: eser disan. [illegible]
hōri abohimā. Sorō āt lothā [illegible]
Filij sobal: aliā ꝛ manaath ꝛ [illegible]
ꝛ onā. Filij sebeō: abaia ꝛ ana. [illegible]
dison. Filij dison: hamarā ꝛ [illegible]
brā ꝛ charrā. Filij eser balaā ꝛ [illegible]
chā. Filij disan: vs ꝛ aran. Isti [illegible]
q īpauerūt i t̄ra edō: anq̄ eēt rex [illegible]
isrl. Bale fili' beoꝛ. ꝛ nomē [illegible]
ba. Mortu' est āt bale. ꝛ regnau [illegible]
bab fili' sare de bosra. Cūq; [illegible]
set mortu' regnauit p eo husan [illegible]
manoꝝ. Obijt q̄ȝ ꝛ husan. ꝛ regnau [illegible]
adad fili' badad q pcussit madiā [illegible]

nomē ciuitatis ei⁹ auith. Cūq̧ z
fuisset mortu⁹: regnauit ꝓ eo semla
de masreca. Sȝ z semla mortu⁹ ē. z reg-
nauit saul de rooboth q̄ iuxt amnē sita
est. Mortuo q̄ saul: regnauit ꝓ eo balaana
filius achobor. Sȝ z hic mortu⁹ ē. z regnauit
adad cui⁹ vrbis nomē fuit phau z ap
pellata ē vxor ei⁹ meetabel filia ma-
tred filie mezaab. Adad āt mortuo du-
ces pro regib⁹ in edom eē ceperūt. Dux thāna
dux alua dux ethet: dux oolibama: dux
ela dux phinon dux cenez: dux theman:
dux mabsar dux magdihel: dux hiram.
Hi duces edom. II
Hi āt filii israel: rubē symeon leui iuda
isachar z zabulō: dā z ioseph bēia
min neptalim gad z aser. Filii iuda: her:
onan z sela. Hi tres nati sūt ei de filia
sue chananitide. Fuit āt her ꝓgenit⁹ iu
de malus corā dn̄o. z occidit eū. Thamar
āt nur⁹ ei⁹ pepit ei phares z zara. Oēs ḡ
filii iuda qnq̧. Filii aūt phares. esrom z
amul. Filii q̄z zare: zamri. z ethā. z emā
chalchal z darā. sil' qnq̧. Filii charmi:
achar q̄ turbauit isrl': z peccauit i furtu
anathematis. Filii ethā: azarias. Filii āt
esrom q̄ nati sūt ei: ieramehel: z ram: z ca-
lubi. Porro rā genuit amina-
dab. Aminadab āt gēuit naason pncipē
filiorū iuda. Naason q̄z genuit salma: de
quo ortus ē booz. Booz vo genuit obed: q z
ipse genuit ysai. Ysai āt gēuit ꝓgenitū eliab.
scd'm aminadab. tertiū symmaa: q̄rtū
nathanael: q̄ntū raddai. sextū asom se-
ptimū dauid. Quoꝝ sorores fuerūt saruia z
abigail. Filii saruie: abisai ioab z asahel
tres. Abigail āt gēuit amasa: cui⁹ pr̄ fuit
iether ismahelites. Caleb vo fili⁹ esrom
accepit vxorē noie azuba: d̄ q̄ genuit ie-
rioth. Fueruntq̧ filii ei⁹ iaser z sobab z ar-
don. Cūq̧ mortua fuisset azuba accepit
vxorē caleb ephratā: q̄ pepit ei vr. Por
ro vr genuit vri. z vri genuit beseleel.
Post hec ingressus ē esrom ad filiā machir pa
tris galaad: z accepit eā cū eēt ānoꝝ sexa
ginta. Que pepit ei segub. Sed z segub
genuit iair: z possedit vigintitres ciuitates
dica nobis qd locut⁹ sis cū rege ne cel
n te interficiem⁹. ⁊ qd locut⁹ ē tecū rex.
ces ad eos. Prostraui ego preces me
corā rege. ne me reduci iuberet in dom

rēt ibi moreretur. Venerūt ergo oēs pnci-
pes ad hieremiā: r interrogauerūt eū. Et lo-
cutus est eis iuxta oia vba q̄ pceperat ei rex. Et
cessauerūt ab eo. Nihil n. fuerat auditum.
Mansit vero hieremias i vestibulo carceris
vsq ad diē q̄ capta ē irlm. Et factū ē vt ca-
peret irlm. XXXIX

Anno nono sedechie regis iuda mēse
decimo: venit nabuchodonosor rex ba-
bylonis: r oīs exercit⁹ ei⁹ ad irlm r obsidebāt
eā. Vndecimo āt anno sedechie mēse q̄rto
quinta mensis apta ē ciuitas: r igressi sūt omēs
principes regis babylōis: r sederūt i porta
media: neregel sereser semagar nabusar
sarsachim rapsaces neregel sereser rebmag r
omnes reliqui principes regis babylōis. Cūq vi-
disset eos sedechias rex iuda r omēs viri
bellatores: fugerūt. r egressi sūt nocte de ci-
uitate p viā horti regis r p portā q̄ erat i-
ter duos muros. Et egressi sūt ad viā deserti.
Persecut⁹ ē āt eos exercit⁹ caldeoꝝ r cōp-
hendit sedechiā i cāpo solitudinis hiericō-
tine: r captū adduxerūt ad nabuchodono-
sor regē babylōis i reblatha que ē i terra
emath: r locut⁹ ē ad eū iudicia. Et occidit
rex babylōis filios sedechie in reblata in
oculis ei⁹: r oēs nobiles iuda occidit rex ba-
bylonis. Oculos q̄z sedechie eruit. r vinxit
eū compedib⁹ vt duceret i babylonē. Domū
quoq regis r domū vulgi succēderūt chaldei
igni: r murū irlm subuerterūt. Et reliquias
populi q̄ remāserāt i ciuitate. r pfugos q trāf-
fugerāt ad eū: r sup fluos vulgi q remāse-
rant transtulit nabuzardā mgr̄ militū i ba-
bylonē: r de plebe pauperū q nihil penit⁹
habebāt: dimisit nabuzardā mgr̄ militie i
terra iuda: r dedit eis vineas r cisternas i die
illa. Precepit aūt nabuchodonosor rex
babylonis de hieremia: nabuzardā mgr̄o
militie dicēs. Tolle illū: r pone sup eū ocu-
los tuos: nihilq ei mali facias: sz ut volu-
erit sic facias ei. Misit ergo nabuzardā prin-
ceps militie r nabu r sesbā r rapsaces r
neregel r sereser r rebmag r oēs optima-
tes regis babylōis miserūt r tulerūt hiere-
miā de vestibulo carceris. r tradiderūt eū
godolie filio aicbā filij saphā: ut intraret i
domū: r habitaret i ppl'o. Ad hieremiā aūt
factus fuerat smo dn̄i cū clausus eēt i vesti-
bulo carceris dicēs. Vade r dic abdeme-
lech ethiopi dicēs. Hec dic dn̄s exercituū
deus israel. Ecce ego iducā smones meos sup
citatē hāc i malū r nō i bonū. r erūt i ꝯspec-
tu tuo i die illa. r liberabo te i die illa ait
dn̄s. Et nō traderis i man⁹ viroꝝ q̄s tu for-
midas: sz eruēs libabo te: r gladio nō cades:
sz erit tibi aīa tua i salutē: q: i me hūisti
fiduciam ait dominus. XL.

Sermo q factus ē ad hieremiā a dn̄o:
postq̄ dimissus est a nabuzardan
mgr̄o militie de rama: q̄n tulit eū vinctū
cathenis i medio oium q migrabāt d' irlm
r iuda. r ducebant i babylonē. Tollēs ergo
pnceps militie hieremiā dixit ad eū. Dn̄s
de⁹ tu⁹ locut⁹ ē malū sup locū istum. r addu-
xit r fec dn̄s sic locut⁹ ē: q: peccastis dn̄o:
r nō audistis vocē ei⁹ r fact⁹ ē nob smo hic. Nūc
ergo ecce solui te hodie de cathenis q̄ sūt in
manib⁹ tuis. Si placet tibi ut vēias me-
cū i babylonē veni r ponā oculos meos
sup te. Si āt displicet tibi vēire mecū in ba-
bylonē: reside. Ecce oīs terra i ꝯspectu tuo ē.
Quo elegeris r q̄ placuerit tibi ut vadas il-
luc pge: r mecū noli vēire: sed habita apud
godoliā filiū aicbā filij saphā quē pposu-
it rex babylōis ciuitatib⁹ iude. Habita ergo cum
eo i medio ppl'i: vl' q̄cūq placuerit tibi vt
vadas: vade. Dedit q̄q ei mgr̄ militie ci-
bāria r munuscula. r dimisit eū. Venit āt hie-
remias ad godoliā filiū aicbam in mas-
phath: r habitauit cū eo i medio ppl'i q reli-
ct⁹ fuerat i terra. Cūq audissent omēs pnci-
pes exercit⁹ q dispsi fuerāt p regiōes: ipi
r socij eoꝝ q pfecisset rex babylōis godo-
liā filiū aicbā terre. r q ꝯmēdasset ei viros
r mlres r puulos r de paupib⁹ terre q nō fu-
erāt trāslati i babylonē: venerūt ad godo-
liā i masphath r ismael fili⁹ nathanie r
iohanā fili⁹ caree r ionathā r sareas fili⁹
tenoemeth r filij offi q erāt d' nethopha-
thi r iechonias fili⁹ maachati ipsi r viri
eoꝝ. Et iurauit eis godolias fili⁹ aicbā fi-
lij saphā r comitib⁹ eoꝝ dicēs. Nolite ti-
mē huire caldeis. Habitate i terra r huite re-
gi babylōis. r bn̄ erit vob. Ecce ego habito i
masphat: ut rndeā pcepto caldeoꝝ q mit-
tunt ad nos. Vos āt colligite vindemiā r
messē r oleū r ꝯdite i vasis v̄ris. r mānete
i vrbib⁹ v̄ris q̄s tenet. Sed r oēs iudei q
erāt i moab r i finib⁹ āmon r i iduma r in
vniuersis regiōib⁹: audito q dedisset rex
babylōis reliqas i iudea r q pposuisset
sup eos godoliā filiū aicbā filij saphan:
reuersi sūt iquā oēs iudei de vniuers locis

ad q̄ pfugerāt. ꝛ venerūt i ꝉrā iuda ad go-
doliā i maſphath ꝛ collegerūt vinū ꝛ meſ-
ſē multā nimis. Johanā aūt filius caree et
oēs pncipes exercit⁹ q̄ diſpſi fuerāt i regi
onibus: venerūt ad godoliā i maſphath. ꝛ
dixerūt ei. Scito ꝙ baalis rex filioꝝ āmō
miſit iſmahel filiū nathanie pcutē aīam
tuā. Et nō credidit eis godolias fili⁹ aichā
Johanā aūt fili⁹ caree dixit ad godoliaꝫ ſe
orſū i maſphath loq̄ns. Jbo ꝛ pcutiaꝫ iſ-
mahel filiū nathanie nullo ſciēte: ne inꝉ-
ficiat aīam tuā ꝛ diſſipenꝉ oēs iudei q̄ cō
gregati ſūt ad te ꝛ pibūt relīq̄e iuda. Et ait
godolias filius aichā ad iohanā filium ca
ree. Noli facē vbū h̄. Falſū.n. tu loqueris
de iſmahel.

XLI

Et factum ē i mēſe ſeptio: venit iſ-
mahel fili⁹ nathanie filij eliſama
de ſeīe regali ꝛ optiates regis. ꝛ decē viri
cū eo ad godoliā filiū aichā in maſphath
ꝛ comederunt ibi panes ſimul i maſphath
Surrexerūt aūt iſmahel fili⁹ nathanie ꝛ de
cē viri q̄ cū eo erāt ꝛ pcuſſerūt godoliā fili-
um aichā filij ſaphā gladio ꝛ inꝉfecerunt
eū quē pfecerat rex babylōis ꝉre. Oēs q̄ſ
iudeos q̄ erāt cū godolia i maſphat ꝛ cal-
deos q̄ repti ſūt ibi ꝛ viros bellatores pcuſ
ſit iſmahel. Scdo aūt die poſtq̄ occiderat
godoliā nullo adhuc ſciēte: venerūt viri d̄
ſychē ꝛ de ſylo ꝛ de ſamaria octogīta viri
raſi barba ꝛ ſciſſis veſtib⁹ ꝛ ſqualentes ꝛ
mūera ꝛ thus hēbant in mā̄u ut offerrēt
i domo dn̄i. Egreſſus ḡ iſmahel fili⁹ natha
nie i occurſū eoꝝ de maſphath: icedens ꝛ
plorās ibat. Cū aūt occurriſſet eis: dixit ad
eos. Venite ad godoliā filiū aichaꝫ. Qui
cū veniſſent ad mediū ciuitꝉ. inꝉfecit eos
iſmahel fili⁹ nathanie circa medium laci
ipſe ꝛ viri q̄ erāt cū eo. Decē aūt viri repti
ſūt inꝉ eos: q̄ dixerūt ad iſmahel. Noli occi-
dere nos q̄: hēm⁹ theſauros i agro frumē
ti ꝛ ordei ꝛ olei ꝛ mellis. Et ceſſauit. ꝛ nō
inꝉfecit eos cū frīb⁹ ſuis. Lac⁹ aūt in quē p
iecerat iſmahel oīa cadauera viroꝝ q̄s p
cuſſit pp godoliā: ipſe ē quē fecit rex aſa
pp baaſa regē iſrꝉ. Jpꝫ repleuit iſmahel
fili⁹ nathanie occiſis. Et captiuas duxit iſ
mahel oēs reliq̄as ppl̄i q̄ erāt i maſphath
filias regis ꝛ vniuerſū ppl̄ꝫ q̄ remāſerāt
i maſphath: q̄s ɔmēdauerat nabuzardan
pnceps militie godolie filio aichā. Et cepit
eos iſmahel fili⁹ nathanie. ꝛ abijt ut trā-
ſiret ad filios āmon. Audiuit aūt iohanan
fili⁹ caree ꝛ oēs pncipes bellatoꝝ q̄ erant
cū eo oē malū q̄d fecerat iſmahel fili⁹
thanie. ꝛ aſſūptis vniuerſis viris p
ſūt ut bellarēt aduerſū iſmahel
thanie. ꝛ inuenerūt eū ad aq̄s multas
i gabaon. Cūq̄ vidiſſet oīs ppl̄s q̄ erat
iſmahel: iohanā filiuꝫ caree ꝛ
pncipes bellatoꝝ q̄ erāt cū eo
ꝛ reuerſus ē oīs ppl̄s quē cepat
i maſphath. reuerſuſq̄ abijt ad
liū caree. Jſmahel aūt fili⁹ nathanie
cū octo viris a facie iohanā. ꝛ abijt ad
lios āmō. Tulit ḡ iohanā fili⁹ caree
pncipes bellatoꝝ q̄ erāt cū eo:
reliq̄as vulgi q̄s reduxerāt ab iſmahel
lio nathanie de maſphat: poſtq̄
godoliā filiū aichā fortes viros ad
ꝛ mlīres ꝛ pueros ꝛ eunuchos q̄s
rat de gabaon ꝛ abierūt ꝛ ſederūt
tes i chanaā q̄ ē iuxꝉ bethleē ut
introirēt egyptū a facie chaldeoꝝ.
bāt.n. eos: q̄: pcuſſerat iſmahel
thanie godoliam filium aicham
poſuerat rex babylonis in terra iuda.

XLII

Et acceſſerunt
omnes principes bellatorum
banā filius caree ꝛ iezonias
oſie ꝛ reliquū vulg⁹ a puo vſq̄ ad
dixerūtq̄ ad hieremiā pphām.
nr̄a in ɔſpectu tuo. ꝛ ora p nob ad
um tuū p vniuerſis reliq̄ijs
relicti ſum⁹ pauci de plib⁹
nos intuenꝉ. ꝛ annūciet nobis dn̄s de⁹
viā p quā pgam⁹. ꝛ vbū q̄d faciam⁹
xit aūt ad eos hieremias ppha.
Ecce ego oro ad dn̄ꝫ deū vr̄ꝫ
oē vbū q̄dcūq̄ riiderit mihi
nec celabo vos q̄cq̄. Et illi dixerūt ad hie
remiā. Sit dn̄s inꝉ nos teſtis
ſi n̄ iuxꝉ oē vbū in q̄ miſerit te dn̄s de⁹
ad nos. ſic faciem⁹ ſiue bonū ē ſiue
Voci dn̄i dei nr̄i ad quē mittim⁹ te
em⁹: ut bn̄ ſit nobis cū audierim⁹
dn̄i dei nr̄i. Cu aūt ɔpleti eēnt decē
ctū ē vbū dn̄i ad hieremiā.
banā filiū caree ꝛ oēs pncipes
q̄ erāt cū eo ꝛ vniuerſū ppl̄m a
ad magnū. ꝛ dixit ad eos. Hec dicit dn̄s de⁹
us iſrꝉ ad quē miſiſtis me ut
pces vr̄as i ɔſpectu ei⁹.
ſeritis in ꝉra hac: edificabo vos
ſtruā: plātabo ꝛ n̄ euellā.
ſup malo: q̄d feci vobis.

regis babylõis quē vos pauidi for-
mitis. Nolite metuere eū dicit dñs. qꝛ
vobiscū sum ego. ut saluos vos faciam ꝛ
eruā de manu ei⁹. ꝛ dabo vobis mīas ꝛ mi
serebor vr̃i. ꝛ hitare vos faciā in t̃ra vr̃a.
Si aūt dixeritis vos. Nō hitabim⁹ ī t̃ra ista:
nec audiem⁹ vocē dñi dei nr̃i dicētes. neq̃
quaq̃ sʒ ad t̃rā egypti pgem⁹ vbi ñ videbi-
mus bellū: ꝛ clāgorē tube nō audiem⁹ ꝛ fa-
me nō esuriemus: ꝛ ibi hitabim⁹: pp hoc
nūc audite vbū dñi relique iuda. Hec dic
dñs exercituū de⁹ isrl̃. Si posueritis fa-
ciem vestrā ut ingrediamini egyptū ꝛ itraue-
ritis ut ibi habitetis: gladi⁹ quē vos formi
datis ibi cōprehendet vos ī t̃ra egypti. ꝛ fa-
mes p̄ qua estis solliciti adherebit vobis in
egypto: ꝛ ibi moriemini. Oēsq̃ viri q posue
runt faciē suā ut ingrediant̄ egyptū ut ha
bitēt ibi: morient̄ gladio ꝛ fame ꝛ peste.
Nullus d' eis remanebit: nec effugiet a
facie mali qd' ego afferā sr̄ eos: qꝛ hec dic
dñs exercituū de⁹ isrl̃. Sicut ꝯflatus ē fu
ror me⁹ ꝛ indignatio mea sup hitatores
hierl̃m: sic ꝯflabit indignatio mea sup vos
cū ingressi fueritis egyptū. ꝛ eritis in iusiu
randū ꝛ in stuporē ꝛ in maledictū ꝛ in op-
probriū: ꝛ nequaq̃ vltra videbitis locū istū.
Verbū dñi sup vos relique iuda. Nolite i-
trare egyptū. Scitētes scietis qꝛ obtestat⁹
sum vos hodie: qꝛ decepistis aīas vr̃as.
Vos enim misistis me ad dñm deū nr̃m dicētes
Ora p nob ad dñm deū nr̃m: ꝛ iux̃ oīa q̃-
cūq̃ dixerit tibi dñs de⁹ nr̄. sic annuncia
nobis ꝛ faciem⁹. Et annūciaui vobis ho
die: ꝛ nō audistis vocē dñi dei vr̃i sup vni-
uersis p quib⁹ misit me ad vos. Nūc ḡ sci-
entes scietis qꝛ gladio ꝛ fame ꝛ peste mo
riemini in loco ad quē voluistis intrare:
ut habitaretis ibi. XLIII

Actū ē aūt cū ꝯplesset hieremias lo
quēs ad ppl'm vniuersos s̃mones
dñi dei eoꝝ p quib⁹ miserat eū dñs de⁹ eoꝝ
ad illos oīa vba hec: dixit azarias filius
osaie ꝛ iohanā fili⁹ caree ꝛ oēs viri supbi
dicētes ad hieremiā. Mēdaciū tu loqris.
Nō misit te dñs de⁹ nr̄ dicēs. ne ingredia-
mini egyptū ut hitetis illic: sed baruch fi
lius nerie icitat te aduersū nos ut tradat
nos in man⁹ caldeoꝝ ꝛ interficiat nos ꝛ trās-
ducat ī babylonē. Et ñ audiuit ioha
nan fili⁹ caree ꝛ oēs p̄ncipes bellatoꝝ: ꝛ
oīs ppl's vocē dñi ut manerent in
terra iuda: sed tollēs iohanā filius careꝗ:
ꝛ vniuersi p̄ncipes bellatoꝝ vniuersos re
liquiās iuda. q reuersi fuerant de cūctis gē
tib⁹ ad q̃s fuerāt añ dispsi ut hitarēt ī t̃ra
iuda: viros ꝛ mlr̃es ꝛ puulos ꝛ filias regi
ꝛ oēm aīam quā reliq̃rat nabuzardā p̄in
ceps militie cū godolia filio aichā filij sa
phā. ꝛ hieremiā pphām ꝛ baruch filium
nerie. ꝛ ingressi sr̄ in t̃rā egypti: qꝛ ñ obedi
erūt voci dñi. ꝛ venerūt vsq̃ ad taphnis.
Et fact' ē s̃mo dñi ad hieremiā ī taphnis
dicēs. Sume tibi lapides grādes in manu
tua. ꝛ abscōdes eos in cripta q̃ ē sub mu-
ro lateritio in porta domus pharaonis in
taphnis: cernētib⁹ viris iudeis: ꝛ dices ad
eos. Hec dicit dñs exercituū: de⁹ isrl̃. Ec-
ce ego mittā ꝛ assumā nabuchodonosor
regē babylōis fuū meū. ꝛ ponā thronum
ei⁹ sup lapides istos q̃s abscōdi. ꝛ statuet
soliū suū sup eos. Veniēsq̃ pcutiet t̃ram
egypti q̃s ī morte: in mortē. ꝛ q̃s in capti
uitate in captiuitatē. ꝛ q̃s in gladio ī gla-
diū. Et succēdet ignē in delubris deorum
egypti ꝛ ꝯburet ea ꝛ captiuos ducet illos
Et amicietur terra egypti sicut amicitur
pastor pallio suo. ꝛ egredietur inde in pace.
Et cōteret statuas dom⁹ solis que sunt in
terra egypti. ꝛ delubra deorum egypti cō
buret igni. XLIIII

Verbū qd' fcm̄ ē ad hieremiam. ꝛ ad
oēs iudeos q habitabant in terra
egypti hitantes in magdalo ꝛ in taphnis
ꝛ in mēphis ꝛ in terra phatures dicens.
Hec dicit dñs exercituum deus isrl̃. Vos
vidistis oēm malū istud qd' adduxi sup
irl̃m ꝛ super oēs vrbes iuda. ꝛ ecce de-
serte sunt hodie. ꝛ non ē in eis habitator
propter malitiā quā fecerunt ut me ad
iracundiā prouocarent. ꝛ irent ꝛ sacrifica
rent ꝛ colerent deos alienos quos nescie-
bant ꝛ illi ꝛ vos ꝛ patres vestri. Et misi
ad vos omnes seruos meos pphās de no
cte cōsurgens: mittensq̃ ꝛ dicens. Nolite
facere v̄bum abhoīatiōis huiuscemodi.
Et ñ audierūt: nec iclinauerūt aurē suā ut cō
uerterent a malis suis ꝛ ñ sacrificarēt dijs
alienis. Et cōflata ē indignatio mea ꝛ fu
ror me⁹. ꝛ succēsa ē in ciuitatib⁹ iuda ꝛ i pla
teis irl̃m. ꝛ verse sūt ī solitudinē ꝛ vastita-
tē sʒ diē hāc. Et nūc hec dic dñs exercituū
de⁹ isrl̃. Qr̃ vos facitis malū hoc grande ꝯ
aīas vestras ut intereat ex vob vir ꝛ mlr̃

quul' r lactēs de medio iudę:nec relinq̄t
vob̄ q̄cq̄ residuū: puocātes me i opib'
manuū vr̄aꝝ sacrificando dijs alienis:in
tra egypti i quā igressi estis ut bitet̄ ibi:
r disperiatis. r sitis i maledictionē r in op-
pbriū cūctis gētib' tre? Nūqd obliti estis
mala patꝝ vr̄oꝝ r mala regū iuda r ma-
la vroꝝ eoꝝ r mala vr̄a r mala vroꝝ vr̄a-
rū q̄ fecest i tra iuda r i regiōib' irlm? Nō
sīt mūdati vsq3 ad diē bāc. r timuest r nō
ābulauest i lege dn̄i r in pceptis meis. q̄
dedi corā vob̄ r corā prib' vr̄is. Jō hec di
cit dn̄s exercituū de' isrl̄. Ecce ego ponā
faciē meā i vob̄ i malū: r disp̄dā oēs iudā
Et assumā reliq̄as iude q posuest facies
suas ut igrederēt trā egypti r bitarent
ibi. r ɔsument oēs i tra egypti: r cadēt in
gladio r i fame: ɔsument a minimo vsq3 ad
maximū: i fame r gladio morient r erūt
i iusiurādū r i miraculū r i maledictione
r i opprobriū. Et visitabo sup bitatores
tre egypti: sic visitaui sr irlm: i gladio r fa
me r peste. r n̄ erit q effugiat r sit residu
us de reliquijs iudeoꝝ: q vadūt ut pegri
nent i tra egypti r reuertant i trā iuda: ad
quā ipsi eleuāt aias suas ut reuertant r
bitent ibi. Nō reuertent nisi q fugerint.
Rñderūt āt hieremie oēs uiri sciētes q̄
sacrificarēt vxores eoꝝ dijs aliēis r vni-
uerse mlr̄es q̄ astabāt multitudo grādis
r ois pp̄ls bitantiū i tra egypti i pharu-
res dicētes. Sermonē quē locutus es ad
nos i noie dn̄i n̄ audiem' ex te: sꝫ faciētes
faciē' oē vbū qd egredie de ore nr̄o: ut
sacrificem' regine celi r libem' ei libami
na: sic fecim' nos r p̄res: reges nr̄i r pnci-
pes nr̄i i vrbib' iuda r i plateis irlm. r sa-
turati sum' panib' r bn̄ nobis erat: malū
q̄ n̄ vidim'. Ex eo āt tp̄re q̄ cessauim' sa-
crificare regine celi r libare ei libamina:
idiguim' oib'. r gladio r fame ɔsumpti
sum'. q̄ si n̄ sacrificam' regie celi. r liba-
mus ei libamia. Nūqd sine viris nr̄is fa
ciem' ei placētas ad colēdū eā r libami-
na ad libādū? Et dixit hieremias ad oēm
pplm aduersū viros r aduersus mlr̄es. r
aduersū vniuersā plebē q rñderāt ei ver
bū dicēs. Nūqd n̄ sacrificiū qd sacrifica-
stis i ciuitatib' iuda r i plateis irlm vos r pa
tres vr̄i: reges vr̄i r pncipes vr̄i r pplus
tre: hoꝝ recordat' ē dn̄s r ascēdit sup cor
eius? Et n̄ potāt dn̄s vltra portare pp mali

tiā studioꝝ vr̄oꝝ. r pp abhominationes [...]
cistis: r fcā ē tra vr̄a i desolationē r i [...]
porē r i maledictū eo q̄ n̄ sit bitato[...]
ē dies h. Propterea q̄ sacrificaueri[...]
r peccaueritis dn̄o: r n̄ audieritis voc[...]
i lege r i pceptis r i testimonijs ei' n̄ [...]
ueritis: idcirco euenert vob̄ mala hec [...]
dies hec. Dixit āt hieremias ad oē [...]
r ad vniuersas mlr̄es. Audite vbū [...]
ois iuda q estis i tra egypti. Hec [...]
exercituū de' isrl̄ dicēs. Uos r [...]
stre locuti estis ore vr̄o. r manib' vr̄is [...]
stis dicētes. Faciam' vota nr̄a q̄ [...]
ut sacrificem' regie celi r libem' ei [...]
mina. Implestis vota vr̄a. r [...]
stis ea. Jō audite vbū dn̄i ois iuda [...]
bitati i tra egypti. Ecce ego iuraui [...]
meo magno. ait dn̄s: q̄ nequaq̄ [...]
bit nomē meū ex ore ois viri iude [...]
viuit dn̄s de' i oi tra egypti. Ecce eg[...]
gilabo sr eos i malū r n̄ i bonū. r [...]
oēs viri iuda q sūt i tra egypti gladio [...]
me donec penit' ɔsumant. Et q fugeri[...]
diū: reuertent de tra egypti i trā iuda[...]
ri pauci. r sciēt oēs reliq̄e iuda igred[...]
tiū trā egypti ut bitēt ibi: cui' s̄mo [...]
tur: me' an illoꝝ. Et h vob̄ signū [...]
q̄ visitē ego sr vos i loco isto: ut sciat[...]
vere ɔplebūt smōes mei ɔ vos i mal[...]
Hec dic̄ dn̄s. Ecce ego tradā pharaon[...]
ephree regē egypti i manu inimicoꝝ ei'[...]
manu q̄rētiū aīaꝫ illi': sic tradidi sede[...]
regē iuda i manu nabuchodonosor [...]
bylōis inimici sui r q̄rentis aīam eius.
XLV
Erbū qd locut' ē hiere-
mias pph̄a ad baruch filiū [...]
cū scripsisset vba h in libro ex [...]
hieremie: anno q̄rto ioachī filij iosie [...]
iuda dicēs. Hec dic̄ dn̄s de' isrl̄ ad te [...]
ruch. Dixisti. Ue miso mihi: q̄ ad[...]
dn̄s dolorē dolori meo. Laboraui i g[...]
meo: r regē n̄ inueni. Sic dices ad eū [...]
dic̄ dn̄s. Ecce q̄s edificaui ego destru[...]
q̄s plātaui ego euello. r vniuersā [...]
Et tu q̄ris tibi grādia? Noli q̄rere: q[...]
ego adducā malū sr oēm carnē ait dn̄s [...]
dabo tibi aīam tuā i salutē i oib' loc[...]
XLVI
q̄cūq3 pexeris.
Uod fcm̄ ē vbū dn̄i ad hierem[...]
pph̄aꝫ ɔ gētes. Ad egyptū ad[...]
sum exercitū pharaonis nechao reg[...]
pt: q erat iuxta fluuiū eufratē i charchamis [...]

percussit nabuchodonosor rex babylo-
nis in anno quarto ioachī filij iosie regis iuda.
Preparate scutū τ clypeū τ pcedite ad bel
lum. Iūgite eq̄s. τ ascēdite eq̄tes: state ī ga
leis. Polite lanceas: induite vos loricis. Quid
igitur? Vidi ipsos pauidos τ terga vertentes
fortes eorū cesos. Fugerūt cōcitati: nec respe
xerunt. Terror vndiq; ait dñs. Non fugiet
velox: nec saluari se putet fortis. Ad aqlo-
nem iuxta flumē eufratē victi sūt τ ruerūt. Quis
est iste q̄ q̄si flumē ascēdit: τ veluti fluuiorū
intumescūt gurgites ei⁹? Egypt⁹ fluminis
more ascēdit: τ velut flumina mouebūtur
fluct⁹ ei⁹. Et dicet. Ascēdēs opiā terrā: pdam
ciuitatē τ habitatores ei⁹. Ascēdite eq̄s τ exul
tate in curribus: τ pcedāt fortes ethiopie τ
libies tenētes scutū: τ lydij arripiētes τ ia
cientes sagittas. Dies aūt ille dñi dei exerci-
tuū dies vltiōis: vt sumat vīdictā de inimi
cis suis. Deuorabit gladi⁹ τ saturabitur. τ in-
ebriabitur sanguie eorū. Victima. n. dñi exer
cituū in terra aqlōis iuxta flumē eufratē. Ascē-
de in galaad τ tolle resinā virgo filia egypti
frustra multiplicas medicamina: sanitas nō
erit tibi. Audierūt gētes ignominiā tuā τ vlu
lat⁹ tu⁹ repleuit terrā. Quia fortis ipegit ī fortē.
τ ambo pariter ceciderūt. Verbū qd̄ locut⁹ est
dñs ad hieremiā pphām sup eo q̄ ventu
rus esset nabuchodonosor rex babylonis τ
pcussurus terrā egypti. Annūciate egypto. τ
auditū facite ī magdalo τ resonet in mē-
phis τ in taphnis dicite. Sta τ ppara te:
quia deuorabit gladi⁹ ea q̄ p circuitū tuū sūt.
Quare cōputruit fortis tu⁹? Nō stetit q̄m dñs
subuertit eū. Multiplicauit ruētes: cecidit
q̄ vir ad pximū suū. Et dicēt. Surge τ re
uertamur ad ppl'm nrm̄ τ ad trā natiuitatis
nostre a facie gladij colūbe. Vocate nomen
pharaōis regis egypti: tumultū adduxit
tēpus. Viuo ego inq̄t rex: dñs exercituū no-
men ei⁹: q̄m sicut thabor ī mōtib⁹ τ sicut carme
lus in mari veniet. Vasa trāsmigratiōis fac
tibi habitatrix filia egypti: q: mēphis in so
litudinē erit. τ deseretur τ inhabitabilis erit. Vi-
tula elegās atq; formosa egypt⁹: stimula
tor ab aqlone veniet ei. Mercenarij q̄q; ei⁹
q̄ versabātur ī medio ei⁹: q̄si vituli saginati
versi sūt τ fugerūt simul nec stare potuerūt: q: di-
es interfectiōis eorū venit sup eos: tēpus visita
tiōis eorū. Vox ei⁹ q̄si eris sonabit: q̄m cum
exercitu pgradientur. τ cū securib⁹ venient ei.
q̄si cedentes ligna succiderūt saltū eius

ait dñs: q̄ supputari nō pōt: multiplicati sūt
sup locustas. τ nō ē eis nūerus. Cōfusa ē fi
lia egypti: τ tradita ī man⁹ ppl'i aqlōis. di
cit dñs exercituū de⁹ isrl'. Ecce ego visita-
bo sup tumultū alexādrie τ sup egyptum: τ
sup deos ei⁹ τ sup reges ei⁹ τ sup pharaonē
τ sup oēs q̄ cōfidūt in eo: τ dabo eos ī ma-
n⁹ q̄rentiū aīam eorū. τ in man⁹ nabucho-
donosor regis babylōis τ ī man⁹ suorū ei⁹
Et p⁹ hec habitabitur sicut dieb⁹ pristinis ait do
min⁹. Et tu ne timeas serue me⁹ iacob: τ ne
paueas isrl'. Quia ecce ego saluū te faciā de
lōginq̄: τ semē tuū de terra captiuitatis tue.
Et reuertetur iacob τ requiescet τ psperabitur. τ
nō erit q̄ exterreat eū. Et tu noli timē serue me
us iacob ait dñs. q: tecū ego sū: q: ego cō
sumā cūctas gētes ad q̄s eieci te. Te vero nō
cōsumā: sed castigabo te ī iudicio: nec q̄si
inocēti pcam tibi. XLVII

Quod factū ē vbū dñi ad hieremiam
pphām cōtra palestinos: anteq̄ pcuterēt
pharao gazā. Hec dicit dñs. Ecce aq̄ ascē
dēt ab aqlōe τ erunt q̄si torrēs inundans. τ
opient terrā τ plenitudinē ei⁹: vrbē τ habita-
torē ei⁹. Clamabūt hoies τ vlulabūt oēs
habitatores terre a strepitu pompe armorū τ
bellatorū ei⁹ a cōmotiōe q̄drigarū ei⁹ τ mul-
titudie rotarū illi⁹. Nō respexerūt patres fili-
os manib⁹ dissoluti: p aduētu diei ī q̄ va
stabuntur oēs philistijm. τ dissipabitur tyrus
τ sidon cū oīb⁹ reliq̄s auxilijs suis. Depo
pulat⁹ ē. n. dñs palestinos: reliq̄as insule
cappadocie. Venit caluitiū sup gazā: con
ticuit ascalon. τ reliq̄e vallis eorū. Vsq̄quo
cōcideris? O mucro dñi: vsq̄quo nō quiesces?
Ingredere ī vaginā tuā. refrigerare τ sile.
Quō q̄escet: cū dñs pcepit ei: aduersus
ascalonē τ aduersū maritimas ei⁹ regiōes
ibiq̄ cōdixerit illi. XLVIII

Ad moab. Hec dicit dñs exercituū de
us isrl'. Ve sup nabo: q̄m vastata ē
τ cōfusa. Capta ē cariathiarim. cōfusa ē for
tis τ tremuit. Nō ē vltra exultatio ī mo-
ab: cōtra esebon cogitauerūt malū. Venite τ
dispdam⁹ eā de gēte. Ergo silēs cōticesces
seq̄turq; te gladi⁹. Vox clamoris de oronaim
vastitas τ cōtritio magna. Cōtrita ē moab:
annūciate clamorē paruulis ei⁹. Per ascē-
sū. n. luith plorās ascēdet in fletu: q̄m in
descēsu oronaim hostes vlulatū cōtritiōis
audierūt. Fugite saluate aīas vestras τ eritis
q̄si myrice in deserto. Pro eo. n. q̄ habuisti

fiduciā i mūitiōib⁹ tuis ⁊ i thesauris tuis:
tu q̄ʒ capieris. Et ibit chamos i trāsmigrati-
onē: sacerdotes ei⁹ ⁊ pncipes ei⁹ sil̄. Et ve
niet pdo ad oēm vrbē: ⁊ vrbs nulla salua
bit. et pibūt valles. ⁊ dissipabūtur cāpe
stria qm̄ dixit dn̄s. Date florē moab: quia
florēs egredietur. ⁊ ciuitates ei⁹ deserte erūt ⁊
ihitabiles. Maledict⁹ q facit op⁹ dn̄i frau
dulent. ⁊ maledict⁹ q phibet gladiū suū
a sanguine. Fertilis fuit moab ab adole-
scētia sua ⁊ requieuit i fecib⁹ suis. Nec trās
fusus ē de vase i vas. ⁊ i trāsmigrionē nō
abiyt. Jdcirco pmāsit gust⁹ ei⁹ i eo. ⁊ odor
ei⁹ nō ē imutat⁹. Propterea ecce dies vēiūt
dicit dn̄s: ⁊ mittā ei ordinatores ⁊ strato-
res lagūcular: ⁊ sternēt eū. ⁊ vasa ei⁹ ex-
haurient ⁊ lagūculas eor collidēt. et ɔfun
det moab a chamos: sic ɔfusa ē dom⁹ isrl̄
a bethel i q̄ hēbat fiduciā. Quō dicitis for
tes sum⁹: ⁊ viri robusti ad pliādū? Vasta
ta ē moab: ⁊ ciuitates illi⁹ succēderūt. ⁊ electi
iuuenes ei⁹ descēderūt in occisionē ait rex:
dn̄s exercituū nomē ei⁹. Prope ē interitus
moab ut veniat. ⁊ malū ei⁹ velociter accur
ret nimis. Ɔsolamini eū oēs q estis i circui
tu ei⁹. ⁊ vniuersi q scitis nomē ei⁹: dicite.
Quō ɔfracta ē vga fortis: bacul⁹ gl'iosus?
Descēde de gl'ia. ⁊ sede in siti hitatio filie
dibon: qm̄ vastator moab ascēdet ad te:
dissipabit mūitiōes tuas. Jn via sta ⁊ p
spice hitatio aroer. Jnteroga fugiētē. ⁊ ei
q euasit dic. qd accidit? Ɔfusus ē moab
qm̄ vict⁹ ē. Vlulate ⁊ clamate: annūciate
i arnō: qm̄ vastata ē moab. ⁊ iudiciū vēit
ad t̄rā cāpestrē sr̄ elon ⁊ sr̄ iasa ⁊ sup me-
phat ⁊ sup dibon ⁊ sr̄ nabo ⁊ sr̄ domū de-
blathai ⁊ sr̄ cariathaim ⁊ sr̄ bethgamul ⁊
sup bethmaon ⁊ sup carioth ⁊ sup bosra
⁊ sup oēs ciuitates t̄re moab q̄ longe ⁊ q̄ pe
sūt. Abscisū ē cornu moab. ⁊ brachiū eius
ɔtritū ē ait dn̄s. Jnebriate eū calice ire
dn̄i: qm̄ ɔ dn̄ʒ erect⁹ ē. ⁊ allidet manū mo-
ab i vomitu suo. ⁊ erit i derisū et ipse. Fuit
eni i derisū tibi isrl̄: q̄si int̄ fures repisses
eū. Propt̄ v̄ba g̃ tua q̄ aduersū illū locu
t⁹ es: captiu⁹ duceris. Relinqte ciuitates ⁊
hitate in petra hitatores moab: ⁊ estote
q̄si colūba nidificās i sūmo ore foraminis.
Audiuim⁹ supbiā moab. Supb⁹ ē valde
Sublimitatē ei⁹ ⁊ arrogātiā ⁊ supbiā ⁊ al
titudinē cordis ei⁹ ego scio ait dn̄s. Jactā-
tiā ei⁹ co q nō sit iuxta eā v̄t⁹ ei⁹: nec iuxta

qd̄ portat conata sit facere. Jd sup moab
eiulabo. ⁊ ad moab vniuersi clama[illegible]
viros muri fictilis lamētātes. De pla[illegible]
iazer plorabo tibi vinea sabama. Pro[illegible]
gines tue trāsierūt mare: vsq ad mare [illegible]
zer puenerūt. Sup messē tuā ⁊ vindem[illegible]
am pdo irruit. Ablata ē letitia ⁊ exu[illegible]
de carmelo ⁊ de t̄ra moab. ⁊ vinū de [illegible]
cularib⁹ sustuli. Neq̄ calcator vue [illegible]
tū celeuma cātabit. De clamore e[illegible]
vsq eleale ⁊ iasa dederūt vocē suā a [illegible]
vsq ad oronaim vitulā ɔternantē [illegible]
nemrim pessime erūt. Et auferā [illegible]
ait dn̄s offerētē in excelsis. ⁊ sacrifica[illegible]
dys ei⁹. Propterea cor meū ad moab [illegible]
bia eris sonabit. ⁊ cor meū ad viros [illegible]
ri fictilis dabit sonitū tibiar: q̄ plu[illegible]
q̄ potuit: idcirco pierūt. Oē n. caput [illegible]
tiū ⁊ ois barba rasa erit. Jn cūctis man[illegible]
colligatio. ⁊ sup oē dorsū ciliciū. Et [illegible]
tecta moab ⁊ i plateis ei⁹ ois planct⁹ [illegible]
cōtriui moab sic vas inutile ait dn̄s. [illegible]
victa ē ⁊ vlulauerūt? Quō deiecit [illegible]
moab ⁊ ɔfusus ē? Eritq moab i deris[illegible]
i exēplū oīb⁹ i circuitu suo. Hec dicit [illegible]
Ecce q̄si aqla volabit. ⁊ extēdet alas [illegible]
ad moab. Capta ē carioth. ⁊ [illegible]
ɔphēnse sūt. Et erit cor fortiū moab [illegible]
illa sic cor mulieris parturiētis. Et cessabit [illegible]
ab eē ppls: qm̄ ɔ dn̄m gl'iat⁹ ē. Pauor [illegible]
uea ⁊ laqueus sup te o hitator moab [illegible]
min⁹. Qui fugerit a facie pauoris [illegible]
fouea. ⁊ q ɔscēderit de fouea: capiet[illegible]
Adducā. n. sup moab annū visitatio[illegible]
rū ait dn̄s. Jn vmbra esebon steterūt [illegible]
laqo fugiētes: q2 ignis egressus ē de [illegible]
bon. ⁊ flāma de medio seon. ⁊ de[illegible]
ptē moab ⁊ v̄ticē filior tumult⁹. [illegible]
moab. Perijsti pple chamos: q2 [illegible]
sūt filij tui ⁊ filie tue i captiuitatē. [illegible]
tā captiuitatē moab i nouissimo [illegible]
ait dn̄s. Hucusq iudicia moab. XL[illegible]

Ad filios āmon. Hec dicit dn̄s. [illegible]
qd n̄ filij sūt isrl̄. aut heres [illegible]
Cur igit̄ hēditate possedit [illegible]
gad ⁊ pplis ei⁹ i vrbib⁹ e⁹ hitauit. [illegible]
ecce dies veniūt i te dicit dn̄s. ⁊ audi[illegible]
ciā sup rabbath filior āmon [illegible]
plij. Et erit i tumulū dissipata. [illegible]
igni succēdēt. ⁊ possidebit isrl̄ posse[illegible]
suos ait dn̄s. Vlula esebon q̄m vasta[illegible]
hai. Clamate filie rabba: accingite [illegible]

[illegible] fugite r circuite p sepes. quoniā
[illegible] i trāsmigrationē ducef: sacerdo-
[illegible] pncipes ei' sl. Quid gl'iaris i val
[illegible] vallis tua filia delicata: q
[illegible] i thesauris tuis: r dicebas. Quis
[illegible] ad me. Ecce ego iducā sup te terro-
[illegible] de' exercituū ab oib' q sūt in cir-
[illegible] dispgemi singuli a conspectu
[illegible] erit q ɔgreget fugiētes. Et p' hec
[illegible] facā fugiētes r captiuos filiorū
[illegible] ait dñs. Ad idumeā. Hec dicit dñs
[illegible] Nūqd ñ vltra ē sapia i themā?
[illegible] a filiis. Inutilis fcā ē sapia
[illegible] fugite r tga vertite: descēdite i vora-
[illegible] dedan: qm̄ pditionē esau
[illegible] sup eū tpe visitatiōis ei'. Si vin-
[illegible] ei' venissent sup te: ñ relīqs-
[illegible] si fures i nocte: rapuissēt qd
[illegible] sibi. Ego ho discoopui esau: reue-
[illegible] ei' r celari nō potit. Uasta
[illegible] ei' r frēs ei' r vicini ei'. r ñ erit.
[illegible] pupillos tuos. r ego faciā eos vi-
[illegible] r vidue tue i me spabūt: qr hec dic
[illegible] qb' nō erat iudiciū ut biberent
[illegible] bibēt: r tu q̄i inocēs relinq̄
[illegible] inocēs: sed bibēs bibes. Qr
[illegible] iuraui: dicit dñs: qr i solitu
[illegible] i oppbriū r i desrū r in maledic-
[illegible] bosra: r oēs ciuitates ei' erūt i so-
[illegible] sēpiternas. Auditū audiui a dño.
[illegible] ad gētes missus sū. Cōgregamini
[illegible] ɔ eā. r ɔsurgam' i pliū. Ecce eni
[illegible] te i gētib' ɔtēptibilē inf hoies
[illegible] tua decepit te r supbia cordis
[illegible] i cauernis petre: r appbendē
[illegible] collis. Cū exaltaueri q̄i
[illegible] tuū: inde detrahā te dicit dñs.
[illegible] idumea desta. Ois q trāsibit p eā
[illegible] r sibilabit sup oēs plagas ei': si
[illegible] ē sodoma r gomorra r vicie
[illegible] dñs. Nō bitabit ibi vir. r nō incolet
[illegible] Ecce q̄i leo ascēdet de supbia
[illegible] ad pulchritudinē robustā. quia
[illegible] faciā eū ad illā. Et qs erit ele
[illegible] ɔponā ei'? Quis. n. sīls mei? Et qs
[illegible] me? Et qs est iste pastor q resi-
[illegible] meo? Propterea audite ɔsiliū
[illegible] de edom. r cogitatiōes ei' qs
[illegible] de bitatorib' theman. Si ñ de-
[illegible] paruuli gregis: nisi dissipauerit
[illegible] cop. A voce ruine eop cō-
mota ē tra: clamor in mari rubro audit' ē
vocis ei'. Ecce q̄i aqla ascēdet. r euolabit
r expandet alas suas sup bosrā. Et erit cor
fortiū idumee i die illa: q̄i cor mlris ptu-
rient. Ad damascū. Cōfusa ē emath r ar-
phath: qr auditū pessimū audiert. Tur-
bati sūt i mari: p sollicitudine qesce nō po-
tuit. Dissoluta ē damasc': vsa ē i fugā: tre
mor apphendit eā. Angustia r dolores te
nuert eā q̄i pturiētē. Quō dereliquert ci-
uitatē laudabilē: vrbē letitie? Jō cadent
iuuenes ei' i plateis ei'. r oēs viri plij cō
ticescēt i die illa ait dñs exercituū. Et suc
cēdā ignem i muro damasci r deuorabit
menia benadab. Ad cedar r ad regā asor:
q pcussit nabuchodonosor rex babylonis
Hec dicit dñs. Surgite r ascēdite ad ce-
dar. r vastate filios orient. Tabnacla eo
rū r greges eop capiēt: pelles eop r omīa
vasa eop r camelos eop tollēt sibi. r voca
būt sup eos formidinē i circuitu ei'. Fu-
gite abite vehement. i voraginib' sedete
q bitat asor ait dñs. Jniyt. n. ɔ vos nabu-
chodonosor rex babylōis ɔsiliū. r cogita-
uit aduersus vos cogitatiōes. Cōsurgite
r ascēdite ad gētē qetā r bitantē ɔfident:
ait dñs. Nō ostia nec vectes eis. soli babi
tāt. Et erūt cameli eop i direptionē. r mlr-
titudo iumētop in pdā. Et dispgam eos in
oēm ventū q sūt attōsi in comā. r ex oi cō-
finio eop adducā interitū sup eos ait dñs.
Et erit asor in bitaculū draconū: desta vsq
in etnū. Nō manebit ibi vir: nec inco-
let eā fili' hoīs. Qd factū ē vbū dñi ad hie
remiā pphām aduersus elam in pncipio
regni sedechie regis iuda dicēs. Hec dic
dñs exercituū. Ecce ego ɔfrigā arcū elam
r sumā fortitudinem eorum. r inducam
super elam quatuor ventos a q̄tuor pla-
gis celi. r ventilabo eos in omnes vētos
istos: r non erit gens ad quam non perue
niant profugi elam. Et pauere faciam elā
coram inimicis suis. r in conspectu que-
rentium aiam eop. r adducā sup eos ma
lum: irā furoris mei dicit dñs. Et mittā p'
eos gladiū donec ɔsumā eos: r ponā soliū
meū i elā. r pdā inde reges r pncipes ait
dñs. In nouissimis āt dieb' reuerti faciā
captiuos elam dicit dñs. L

Uerbū qd locut' ē dñs de babylone
r de tra chaldeop i mau hieremie

pphē Annūciate ĩ gētib⁹ ꝛ auditū facite
Leuate signū: p̄dicate: ꝛ nolite celar̄. Dici
te. Capta ē babylon: ꝯfusus ē bel. vict⁹ est
marodach. Cōfusa sūt oīa sculptilia eoꝝ
supata sūt idola eoꝝ. Qm̄ ascēdet ꝯ̄ eā gēs
ab aglone: q̄ ponet t̄rā ei⁹ ĩ solitudinē. ꝛ n̄
erit q̄ hitet ĩ ea ab hoīe vsq̄ ad pec⁹. Et
moti sūt: ꝛ abierūt. In dieb⁹ illis ꝛ ĩ t̄pe illo
ait dñs: veniēt filij isrl̄ ipsi ꝛ filij iuda sil̄.
Ambulātes ꝛ flētes pꝑhabūt. ꝛ dñm deū
suū q̄rēt. In syon interrogabūt viā huc fa
cies eoꝝ veniēt. ꝛ apponēt ad dñm federe
sēpiterno: q̄d nulla obliuiōe delebit̄. Grex
pdit⁹ fact⁹ ē ppl̄s me⁹: pastores eoꝝ sedu
xerūt eos: feceruntq̄ vagari ĩ mōtibus. De
mōte ĩ collē trāsierūt: obliti sūt cubilis sui.
Oēs q̄ inueneūt cōmederūt eos: ꝛ hostes eorū
dixerūt. Nō peccauim⁹: p eo q̄ peccauerūt
dño decori iustitie: ꝛ expectatiōi patꝝ eo
rū dño: Recedite de medio babylonis de
t̄ra chaldeoꝝ egredimini: ꝛ estote q̄si hedi
an̄ greges. Qm̄ ecce ego suscitabo ꝛ addu
cā ĩ babylonē ꝯgregationē gētiū magnū
de t̄ra aglonis: ꝛ p̄pabunt aduersus eā. ꝛ
inde capiet̄. Sagitta ei⁹ q̄si viri fortis interfe
ctoris: n̄ reuertet̄ vacua. Et erit chaldea ĩ
p̄dā: oēs vastantes eā replebunt ait dñs.
Qm̄ exultat̄: ꝛ magn̄ loqmini diripientes
hēditatē meā: qm̄ effusi estis sic vituli sr̄
herbā. ꝛ mugistis sic tauri. Cōfusa ē mat̄
vr̄a nimis. ꝛ adeq̄ta pulueri q̄ genuit vos
Ecce nouissima erit ĩ gētib⁹. ꝛ deserta ĩ via
ꝛ arene. Ab ira dñi n̄ hitabit̄: sed rediget̄
tota ĩ solitudinē. Oīs q̄ trāsibit p babylo
nē stupebit: ꝛ sibilabit sr̄ vniuersis plagis
ei⁹. Pparami ꝯ̄ babylonē p circuitū oēs
q̄ tenditis arcū debellate eā: nō pcatis iacul̄
q: dño peccauit. Clamate aduersus eam.
Vbiq̄ dedit manū. Ceciderūt fundamēta
ei⁹: destructi sūt muri ei⁹: qm̄ vltio dñi est.
Vltionē accipite de ea. Sic fecit: facite ei
Disp̄dite satorē de babylōe. ꝛ tenentē fal
cē ĩ t̄pe messis a facie gladij colūbe. Vnus
q̄sq̄ ad ppl̄z suū ꝯuertet̄: ꝛ singuli ad t̄rā
suā fugiēt. Grex dispsus isrl̄: leones eiece
rūt eū. Prim⁹ cōedit eū rex assur: iste no
uissim⁹ exossauit eū nabuchodonosor rex
babylōis. Ppterea h̄ dicit dñs exercituū
de⁹ isrl̄. Ecce ego visitabo regē babylōis
ꝛ t̄rā ei⁹ sic visitaui regē assur. ꝛ reducam
isrl̄ ad hitaculū suū. Et pascet̄ carmel⁹ ꝛ
basan. ꝛ ĩ mōte ephrai ꝛ galaad saturabit̄

aīa ei⁹. In dieb⁹ illis ꝛ ĩ t̄pe illo ait dñs
ret̄ iniqtas isrl̄. ꝛ nō erit. ꝛ pctm̄ iuda ꝛ
uenient̄: qm̄ ppiti⁹ ero eis q̄s reliq̄ro. Su
t̄rā dñantiū ascēde. ꝛ sup hitatores e
ta. Dissipa ꝛ interfice que p⁹ eos sūt ait
fac iuxta oīa q̄ p̄cepi tibi. Vox belli in t̄r
ꝯtritio mag. Quō ꝯfract⁹ ē ꝛ ꝯtrit⁹ mall
us vniuerse t̄re? Quō vsa ē ĩ desertū bab
lon ĩ gētib⁹? Illaq̄aui te ꝛ capta es ba
lon ꝛ nesciebas: inuēta es ꝛ app̄hensa
dñm puocasti. Apuit dñs thesaurū su
ptulit vasa ire sue: qm̄ op⁹ ē dño deo
ercituū ĩ t̄ra chaldeoꝝ. Venite ad ea
extremis finib⁹: apite ut exeant q̄
cēt eā. Tollite de via lapides ꝛ redigite
aceruos: ꝛ interficite eā: nec sit q̄cq̄ reliq
Dissipate vniuersos fortes ei⁹: descend
ĩ occisionē. Ve eis q: venit dies eoꝝ t̄ps
sitatōis eoꝝ. Vox fugiētiū ꝛ eorum q̄
serūt de t̄ra babylōis ut annūciat ĩ syo
vltionē dñi dei nr̄i: vltionē t̄pli ei⁹. An
nūciate ĩ babylonē plurimis oīb⁹ q̄ tend
arcū. Cōsistite aduersus eā p gyrū. ꝛ nu
lus euadat. Reddite ei sm̄ op⁹ suū iuxta
q̄ fecit: facite illi: q: ꝯ̄ dñm erecta ē aduer
sū sanctū isrl̄. Idcirco cadēt iuuenes ei⁹
plateis ei⁹. ꝛ oēs viri bellatores ei⁹ ꝯti
scēt ĩ die illa ait dñs. Ecce ego ad te sup
dicit dñs de⁹ exercituū: q: veniet dies
us t̄ps visitatōis tue. Et cadet sup⁹ ꝛ c
ruet ꝛ n̄ erit q̄ suscitet eū. Et succēdā ign
ĩ vrbib⁹ ei⁹. ꝛ deuorabit oīa ĩ circuitu ei
Hec dicit dñs exercituū. Calūniam sust
nēt filij isrl̄ ꝛ filij iuda sil̄. Oēs q̄ cep
eos tenēt: nolūt dimittē eos. Redēpt
eoꝝ fortis: dñs exercituū nomē ei⁹. Iudi
defendet cām eoꝝ: ut exterreat t̄rā ꝛ cōm
ueat hitatores babylōis. Gladi⁹ ad ch
deos ait dñs. ꝛ ad hitatores babylonis
ad p̄ncipes ꝛ ad sapiētes ei⁹. Gladi⁹ ad
uinos ei⁹: q̄ stulti erūt. Gladi⁹ ad fortes
li⁹: q̄ timebūt. Gladi⁹ ad eq̄s ei⁹ ꝛ ad cu
rus ei⁹. ꝛ ad oē vulg⁹ q̄d ē ĩ medio eius
erūt q̄si mlr̄es. Gladi⁹ ad thesauros ei⁹
diripient̄. Siccitas sup aq̄s ei⁹ erit ꝛ a
scēt: q: t̄ra sculptiliū ē: ꝛ ĩ portentis glor
Ppterea hitabūt dracones cū fatuis
carijs ꝛ hitabūt ĩ ea struthiōes. Et n̄ hi
bit̄ vltra vsq̄ ĩ sēpitnū: nec extruet̄ vsq̄
ad gnātionē ꝛ gnātionē. Sic subuertit d
min⁹ sodomā ꝛ gomorrā ꝛ vicinas ei⁹ ait
dñs. Nō hitabit ibi vir. ꝛ nō incolet eā fili⁹

lus. Ecce pplŝ vẽiet ab aquilone ꝛ gens
magna ꝛ reges multi ↄsurgẽt a finib' ťre
Arcũ ꝛ scutũ apphendẽt: crudeles sũt ꝛ
imisericordes. Vox eoꝝ q̃si mare sonabit: ꝛ
sup eq̃s ascẽdẽt sicͭ vir parat' ad pliũ ↄ te
filia babylõ. Audiuit rex babylõis famã
eoꝝ ꝛ dissolute sͭ man' ei'. Angustia app
hendit eũ: dolor q̃si pturiẽtẽ. Ecce q̃i leo
ascẽdet de supbia iordanis ad pulchritu-
dinẽ robustã. q: subito currẽ faciã eũ ad
illã: ꝛ qs erit elect' quẽ ppõnã ei? Quis
enim silis mei. ꝛ qs sustinebit me? Et qs est
iste pastor q resistat vultui meo? Propt-
erea audite ↄsiliũ dñi qđ mente ↄcepit ad-
uersũ babylonẽ ꝛ cogitatiões ei' q̃s cogi-
tauit sup ťrã chaldeoꝝ. Nisi detraxerint
eos puuli gregũ: nisi dissipatũ fuerit cũ
ipsis habitaculũ eoꝝ. A voce captiuitatͥ ba
bylõis ↄmota ẽ terra. ꝛ clamor inter gen-
tes auditus est. LI

Hec dicit dñs. Ecce ego suscitabo sup
babylonẽ ꝛ sup hitatores ei' q cor
suũ leuauerũt ↄ me q̃i ventũ pestilentẽ: ꝛ
mittã in babylonẽ vẽtilatores ꝛ vẽtilabũt
eã ꝛ demoliẽtͥ ťrã ei': qñ venerũt sͭ eã
vndiq̃ i die afflictõis ei'. Nõ tẽdat q ten
dit arcũ suũ. ꝛ nõ ascẽdat loricat'. Nolite
parcere iuuenib' ei'. interficite oẽm militiã
ei'. Et cadẽt interfecti i ťra chaldeoꝝ. ꝛ vul-
nerati i regiõib' ei'. Qñ nõ fuit viduatus
isrl̃ ꝛ iuda a dño deo suo. dño exercituum.
Terra aũt eoꝝ repleta est delicto a scõ isrl̃.
Fugite de medio babylõis ut saluet vnus
qsq̃ aĩam suã. Nolite tacẽ sup iniqtatẽ
ei': qñ tps vltõis ei' ẽ a dño: vicissitudinẽ
ipse retribuet ei. Calix aure' babylon in
manu dñi inebriãs oẽm ťrã. De vino ei' bi
berũt gẽtes ꝛ iđ ↄmote sũt. Subito cecidit
babylon ꝛ ↄtrita ẽ. Vlulate sup eã: tollite
resinã ad dolorẽ ei' si forte sanet̃. Curaui-
m' babylonẽ. ꝛ nõ ẽ sanata. Derelinq̃m' eã
ꝛ eam' vnusqsq̃ in ťrã suã. Qñ puẽit vs-
q̃ ad celos iudiciũ ei'. ꝛ eleuatũ ẽ vsq̃ ad
nubes. Protulit dñs iusticias nr̃as: veni-
te ꝛ narrem' i syon op' dñi dei nr̃i. Acui-
te sagittas. ꝛ iplete pharetras. Suscita-
uit dñs spũm regũ medoꝝ. ꝛ ↄ babylonem
mens ei' ẽ ut pdat eã. Qñ vltio dñi ẽ: vl-
tio templi sui. Sup muros babylõis leuate
signũ: augete custodiã. Leuate custodes:
pparate insidias: q: cogitauit dñs ꝛ fecit q̃-
cũq̃ locut' ẽ ↄ hitatores babylonis. Que
hitas sup aq̃s mltas locuples i thesauris:
venit finis tu' pedalis pcisiõis tue. Iura
uit dñs exercituũ p aĩam suã: qñ replebo
te hoib' q̃i bruco: ꝛ sup te celeuma cãtabit̃.
Qui fecit ťrã in fortitudie sua. ꝛ ppauit
orbẽ i sapia sua: ꝛ prudẽtia sua extẽdit ce
los. Dante eo vocẽ mltiplicant̃ aq̃ in celo.
Qui leuat nubes ab extremo ťre: fulgu-
ra in pluuiã fecit. ꝛ pduxit vẽtos de the-
sauris suis. Stult' fact' ẽ ois hõ a scia. cõ-
fusus ẽ ois ↄflator i sculptili: q: mẽdax ẽ
ↄflatio ei': nec ẽ spũs i eis. Vana sũt opa ꝛ
risu digna: i tpe visitatõis sue pibũt. Nõ
sicͭ hec ps iacob: q: q fecit oia ipse ẽ. ꝛ isrl̃
sceptꝝ hẽditatͥ ei' dñs exercituũ nomen
ei'. Collidis tu mihi vasa belli. ꝛ ego col-
lidã i te gẽtes. ꝛ dispdã i te regna. Et colli-
dã i te equũ ꝛ eqtẽ ei'. ꝛ collidã i te currũ
ꝛ ascẽsorẽ ei'. ꝛ collidã in te viꝝ ꝛ mlrem.
Et collidã in te senẽ ꝛ pueꝝ. ꝛ collidã i te
iuuenẽ ꝛ ṽginẽ. Et collidã in te pastorẽ: ꝛ
gregẽ e'. ꝛ collidã in te agricolã ꝛ iugales
ei'. Et collidã in te duces ꝛ mgratus. ꝛ rđ-
dã babylõi ꝛ cunctͥ hitatorib' chaldee oẽ
malũ suũ. qđ fecerũt in syon in oculis vr̃is
ait dñs. Ecce ego ad te mons pestifer ait
dñs q corrũpis vniuersã ťrã. Et extẽdam
manũ meã sup te. ꝛ euoluã te de petris. ꝛ
dabo te i mõtẽ ↄbustiõis. Et nõ tollẽt de te
lapidẽ i angulũ ꝛ lapidẽ i fundamẽto: sed
pdit' i etnũ eris: ait dñs. Leuate signũ in
ťra: clãgite buccina i mõtib'. Scificate sup
eã gẽtes: annũciate ↄ illã regib' ararat: h
mẽni ꝛ ascenez: nũerate ↄ eã tapsar. Addu
cite equũ q̃i bruchũ aculeatũ. Scificate ↄ
eã gẽtes: reges medie: duces ei': ꝛ vniuer
sos mgrat' ei': cũctãq̃ ťrã ptãtis e'. Et cõ
mouebit̃ ťra ꝛ ↄturbabit̃: q: euigilabit ↄ
babylonẽ cogitatio dñi: ut ponat ťrã ba-
bylõis desertã ꝛ inhitabilẽ. Cessauerũt for
tes babylõis a plio: hitauerũt i psidijs. De
uoratũ ẽ robur eoꝝ. ꝛ facti sũt q̃si mlres.
Incẽsa sũt tabnacula eius. ↄtriti sũt vectes
ei'. Currẽs obuiã currẽti veniet. ꝛ nũcius
obui' nũciãti: ut annũciet regi babylonis
q: capta ẽ ciuitas ei' a sũmo vsq̃ ad sũmũ. ꝛ
vada pccupata sũt ꝛ paludes icẽse sũt igni
ꝛ viri bellatores ↄturbati sũt. Q: hec dicit
dñs exercituũ de' isrl̃. Filia babylõis q̃si
area: tpe triture ei'. Ad hec modicũ ꝛ ve-
niet tps messiõis ei'. Comedit me: deuo-
rauit me nabuchodonosor rex babylõis.

Reddidit me q̄ſi vas inane. Abſorbuit me
q̄ſi draco: repleuit ventrē ſuū teneritudīe
mea. ⁊ eiecit me. Iniq̄tas aduerſū me. ⁊
caro mea ſr̄ babylonē dic̄ h̄itatio ſyon: ⁊
ſanguis me⁹ ſup habitatōes chaldee dic̄
irl̄m. Propterea h̄ dic̄ dn̄s. Ecce ego iudica
bo cāz tuā: ⁊ vlciſcar vltionē tuā: ⁊ deſer
tū faciā mare e⁹. ⁊ ſiccabo venā ei⁹ Et erit
babylō i tumlos. h̄itatio draconū. ſtupor
⁊ ſibilus eo q̄ n̄ ſit h̄itator. Sil̄ ut leones
rugiēt: excutiēt comas veluti catuli leo-
nū. In calore eoꝝ ponā pot⁹ eoꝝ: ⁊ inebria
bo eos ut ſopiant̄ ⁊ dormiāt ſomnū ſem-
piternū: ⁊ n̄ ꝯſurgāt: dic̄ dn̄s. Deducā eos
q̄ſi agnos ad victimā. ⁊ q̄ſi arietes cū hedis
Quō capta ē ſeſach. ⁊ ꝯp̄henſa ē inclyta
vniuerſe t̄re? Quō f̄cā ē in ſtuporē baby
lon int̄ gētes? Aſcēdit ſup babylonē mar̄
multitudīe fluctuū e⁹ operta ē. Facte ſt̄ ciui
tates ei⁹ in ſtuporē: t̄ra inh̄itabilis ⁊ deſerta:
t̄ra in q̄ nullus h̄itet: nec trāſiet p̱ eā fili⁹
hoīs. Et viſitabo ſr̄ bel i babylone ⁊ eyci
am q̄d abſorbuerat de ore ei⁹ ⁊ nō ꝯfluēt
ad eū vltra gētes. Siq̄dē ⁊ mur⁹ babylōis
corruet. Egredimi de medio ei⁹ pp̄l's me⁹
ut ſaluet vnuſq̄ſq̄ aīaz ſuā: ab ira furoris
dn̄i. Et ne forte molleſcat cor vr̄m. ⁊ time
atis auditū q̄ audiet̄ in t̄ra. Et veniet in
anno auditio. ⁊ p⁹ hūc annū auditio ⁊ iniq̄
tas in t̄ra. ⁊ dn̄ator ſup dn̄atorē. Propter
ea ecce dies veniūt. ⁊ viſitabo ſup ſculpti
lia babylōis. ⁊ oīs t̄ra ei⁹ cōfundet̄. ⁊ vni-
uerſi interfecti ei⁹ cadēt i medio ei⁹. Et lau
dabūt ſup babylonē celi ⁊ t̄ra ⁊ oīa q̄ i eis
ſt̄: q̄r ab aq̄lōe veniēt ei p̄dones: ait dn̄s.
Et quō fecit babylon ut caderēt occiſi in
iſrl̄: ſic de babylōe cadēt occiſi in vniuer-
ſa t̄ra. Qui fugiſtis gladiū: venite: nolite
ſtare. Recordamī p̱cul dn̄i: ⁊ irl̄m aſcēdat
ſup cor vr̄m. Cōfuſi ſum⁹: q̄m audiuimus
opprobriū. Operuit ignominia facies nr̄as: q̄r
venerūt alieni ſup ſc̄ificationē dom⁹ dn̄i.
Propterea ecce dies veniūt ait dn̄s. ⁊ viſi-
tabo ſup ſculptilia babylōis. ⁊ in oī terra
ei⁹ mugiet vulnerat⁹. Si aſcēderit baby
lon in celū ⁊ firmauerit i excelſo robur ſu
um: a me veniēt vaſtatores ei⁹ ait dn̄s.
Vox clamoris de babylōe ⁊ ꝯtritio magna
de t̄ra chaldeoꝝ: q̄m vaſtauit dn̄s baby-
lonē ⁊ p̱didit ex ea vocē magnā. ⁊ ſōabūt
fluct⁹ eoꝝ q̄ſi aq̄ multe. Dedit ſonituz vox
eoꝝ: q̄r venit ſup eā. i. ſup babylonē p̄do.

Et app̄hēſi ſt̄ fortes ei⁹: ⁊ emarcuit a[...]
eoꝝ: q̄r fortis vltor dn̄s reddēs retri[...]
Et inebriabo p̄ncipes ei⁹ ⁊ ſapiētes ei[...]
ces ei⁹. ⁊ magiſt[...] ei⁹ ⁊ fortes ei⁹. Et dor[mi]
ent ſomnū ſēpiternū. ⁊ nō expergiſcen[tur: ait]
rex: dn̄s exercituū nomē ei⁹. Hec dic[it dn̄s]
exercituū. Mur⁹ babylōis ille lati[ſſimus]
ſuffoſſiōe ſuffodiet̄. ⁊ porte e⁹ excelſ[e igni]
ꝯburent̄. ⁊ labores pp̄loꝝ ad nihilū [⁊ gen]
tiū in ignē erūt. ⁊ diſperibūt. Verbū q[d p̄]
cepit hieremias p̱ph̄a ſaraie filio ner[ie]
filij maaſie cū p̱geret cū ſedechia re[ge in]
babylonē: in āno q̄rto regni ei⁹. Sar[aias]
aūt erat p̄nceps p̱ph̄ie. Et ſcripſit hiere[mi]
as oē malū q̄d venturū erat ſup babylo[nē]
in libro vno: oīa v̱ba hec q̄ ſcripta ſt̄ [ꝯ ba]
bylonē. Et dixit hieremias ad ſaraiā. [Cū]
veneris in babylonē ⁊ videris ⁊ legeris [oīa]
v̱ba hec: dices. Dn̄e tu locut⁹ es ꝯ loc[ū]
iſtū ut diſperderes eū: ne ſit q̄ i eo h̄ite[t ab]
hoīe vſq̄ ad pec⁹. ⁊ ut ſit p̱petua ſolit[udo].
Cūq̄ ꝯpleueris legē libꝝ iſtū: ligabis [ad]
eū lapidē ⁊ p̱ycies illū in mediū euf[raten]
⁊ dices. Sic ſubmerget̄ babylon. ⁊ n̄ ſur[]
get a facie afflictiōis quā ego adduco [ſup]
eā. ⁊ diſſoluet̄. Hucuſq̄ verba hierem[ie].

Filius viginti ⁊ vni⁹ anni LII
erat ſedechias cū regnare cepiſſe[t: ⁊]
vndecī annis regnauit in irl̄m. E[t no]
mē matris ei⁹ amithal: filia hieremi[e de]
lobna. Et fecit malū i oculis dn̄i iuxta o[ia q̄]
fecerat ioachī: q̄m furor dn̄i erat i irl̄[m ⁊ in]
iuda vſq̄q̄ p̱yceret eos a facie ſua. Et [rec]
ceſſit ſedechias a rege babylōis. Fc̄m [eſt aūt]
i āno nono regni ei⁹: i mēſe decio: dec[ima]
die mēſis: venit nabuchodonoſor rex [ba]
bylōis ipſe ⁊ oīs exercit⁹ ei⁹ aduerſus [irl̄m:]
⁊ obſederūt eā. ⁊ edificauerūt ꝯ eā mun[itio]
nes i circuitu. ⁊ fuit ciuitas obſeſſa vſq̄ ad [vn]
decimū annū regni ſedechie. Menſe a[ūt]
q̄rto nona die mēſis obtinuit fames [ciui]
tatē. ⁊ nō erāt alimēta pp̄lo t̄re. Et dirupta
ē ciuitas. ⁊ oēs viri bellatores e⁹ fugerū[t exie]
rūtq̄ de ciuitate nocte p̱ viā porte q̄ [eſt inter]
duos muros ⁊ ducit ad hortū regis: ch[al]
deis obſidētib⁹ vrbē in gyro. ⁊ abierūt p̱ [vi]
am q̄ ducit in heremū. Perſecut⁹ ē aūt
chaldeoꝝ exercit⁹ regē: ⁊ app̄hēderūt [ſe]
dechiā i deſerto q̄d ē iuxta hiericho. ⁊ oīs [co]
mitat⁹ ei⁹ diffugit ab eo. Cūq̄ ꝯp̄hēdiſſent
regē: adduxerūt eū ad regē babylōis in re[]
blata q̄ ē in terra emath. ⁊ locut⁹ ē ad eū

sedecie. Et iugulauit rex babylonis filios sedechie in oculis ei⁹: sed ⁊ oēs principes iuda occidit in reblata. Et oculos sedechie eruit ⁊ vinxit eū cōpedib⁹. Et adduxit eū rex babylōis i babylonē. ⁊ posuit eū i domo carceris vsq; ad diem mortis sue. In mense aūt quinto: decia mensis: ipse ē annus nonusdecimus nabuchodonosoꝛ regis babylōis: venit nabuzardan princeps militie qui stabant coꝛam rege babylonis i ierl͞m. Et incēdit domū dn̄i ⁊ domū regis: ⁊ omnes domos irl͞m. ⁊ oēꝫ domū magnā igne combussit. ⁊ totū murū irl͞m per circuitum destruxit cūctus exercitus chaldeoꝝ qui erat cū magistro militie. De pauperib⁹ aūt populi ⁊ de reliq̄ vulgo qđ remāserat in ciuitate ⁊ de pꝛofugis qui transfugerant ad regē babylonis. ⁊ ceteros de multitudine transtulit nabuzardan pꝛinceps militie. De pauperib⁹ vo terre reliquit nabuzardan princeps militie vinitores ⁊ agricolas. Colūnas q̄ꝫ ereas q̄ erant in domo dn̄i ⁊ bases ⁊ mare eneū qđ erat in domo dn̄i cōfregerūt chaldei. ⁊ tulerunt oē es eoꝝ in babylonē. Et lebetes ⁊ creagras ⁊ psalteria ⁊ phialas ⁊ moꝛtariola ⁊ omia vasa erea q̄ in ministerio fuerāt: tulerunt. ⁊ hydrias ⁊ thymiamateria ⁊ vrceos ⁊ pelues ⁊ candelabra ⁊ moꝛtāria ⁊ cyathos. Quotq̄t aurea aurea. ⁊ q̄tq̄t argētea argētea. Tulit magister militie colūnas duas ⁊ mare vnū ⁊ vitulos duodeci ereos q erant sub basib⁹ q̄s fecerat rex salomō in domo dn̄i. Nō erat pondus eris omniū hoꝝ vasoꝝ. De colūnis aūt decē ⁊ octo cubiti altitudinis erāt in colūna vna. ⁊ funiculus duodecim cubitoꝝ circuibat eaꝫ. Poꝛro grossitudo ei⁹ q̄tuoꝛ digitoꝝ. ⁊ intrinsec⁹ caua erat. ⁊ capitella sup vtraq; erea. Altitudo capitelli vni⁹ q̄nq; cubitoꝝ ⁊ retiacula ⁊ malogranata sup coronā in circuitu: oīa enea. ... Et fuerūt malogranata nonagintasex dependentia. ⁊ oīa malogn̄ata centū retiaculis circūdabant. Et tulit magister militie saraiā sacerdotē primū ⁊ sophoniam sacerdotē scd̄m. ⁊ tres custodes vestibuli. Et de ciuitate tulit eunuchū vnū q erat pꝛepositus sup viros bellatores. ⁊ septē viros de his qui videbāt faciē regis qui inuēti sunt in ciuitate: ⁊ scribā principē militū qui pꝛobabat tyrones. ⁊ sexaginta viros de pplo terre qui inuēti sūt in medio ciuitatis. Tulit aūt eos nabuzardan magister militie. ⁊ duxit eos ad regē babylōis in reblata. Et pcussit eos rex babylōis. ⁊ interfecit eos in reblata in terra emath. Et trāslat⁹ ē iuda de terra sua. Iste ē pp̄lus quē trāstulit nabuchodonosoꝛ. In anno septio: iudeos tria milia ⁊ vigiti tres. In anno decioocrauo nabuchodonosoꝛ trāstulit de irl͞m aīas octingētas trigintaduas. In āno vicesimotertio nabuchodonosoꝛ transtulit nabuzardan magister militie aīas iudeoꝝ septingentas quadragintaq̄nq;. Oēs ḡ anime quatuoꝛ milia sexcente. Et fcm̄ ē in tricesimoseptimo anno transmigratiōis ioachī regis iuda duodecio mense vicesimaq̄nta mensis. eleuauit euilmerodach rex babylōis ipso āno regni sui caput ioachī regis iude. ⁊ eduxit eū de domo carceris. ⁊ locut⁹ ē cū eo bōa. Et posuit thronū e⁹ sr thronos regū q erāt post se in babylone ⁊ mutauit vestimēta carceris ei⁹. ⁊ comedebat panē corā eo sp cunctis dieb⁹ vite sue. Et cibaria ei⁹ cibaria perpetua dabātur ei a rge babylōis statuta p singlos dies: vsq; ad diē moꝛtis sue cūctis dieb⁹ vite e⁹.

Incipiūt Threni idest lamentationes Hieremie q̄ cynoth hebraice iscribunt

Et fcm̄ ē postq̄ in captiuitatē reductus ē isrl. ⁊ irl͞m deserta ē: sedit Hieremias pp̄ha flens ⁊ plāxit lamētatiōe hac in irl͞m. ⁊ amaro aīo suspirans ⁊ eiulans dixit. Aleph. Capitulū I

Quomodo sedet sola ciuitas plena populo. Facta ē quasi vidua dn̄a gentium: pꝛiceps prouinciarum facta ē sub tributo. Beth. Ploꝛans ploꝛauit in nocte: ⁊ lachꝛime eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam: ex omnibus caris eius. Omnes amici eius spreuerunt eaꝫ: ⁊ facti sunt ei inimici. Gimel. Migrauit iuda: pp afflictionem ⁊ multitudinē seruitutis. habitauit inter gentes nec inuenit requiē. Oēs psecutores e⁹ apprehenderūt eā inter angustias. Deleth. Vie syon lugent: eo q̄ nō sint q veniāt ad solēnitatē. Oēs poꝛte ei⁹ destructe: sacerdotes ei⁹ gemētes. Virgines ei⁹ squalide: ⁊ ipsa oppssa amaritudine. He. Facti sūt hostes ei⁹ in capite: inimici ei⁹ locupletati sūt qꝛ dn̄s locutus ē sup eā pp multitudineꝫ iniqtatum eius. Paruuli ei⁹ ducti sunt in

captiuitatē: añ faciē tribulantꝭ. Uau. Et
egressus ē a filia syon oīs decor eiꝰ. Facti
sūt pncipes eiꝰ velut arietes ñ inueniētes
pascua. z abierūt absqꝫ fortitudie añ faciē
subseqntꝭ. Zai. Recordata ē irłm dierū affli
ctiōis sue. z puaricatiōis oium ↄsiderabi
liū suoꝝ q̄ hūerat a diebꝰ antiqs: cū cade
ret ppls eiꝰ i mãu hostili. z ñ esset auxilia
tor. Uiderūt eā hostes. z deriserūt sabbata
eiꝰ. Heth. Peccm̄ peccauit irłm: ppea insta
bilis fcā ē. Oēs q glificabāt eā spreuerūt
illā: qz viderūt ignominiā eiꝰ. ipsa āt gemēs.
z ↄuersa ē retrorsū. Teth. Sordes eiꝰ i pe
dibꝰ eiꝰ: nec recordata ē finis sui. Deposi-
ta ē vehemēter: nō hñs ↄsolatorē. Uide
dñe afflictionē meā: qm̄ erectꝰ ē iimicus.
Joth. Manū suā misit hostis ad oīa desi
derabilia eiꝰ: qz vidit gētes igressas scūa
riū suū: de qbꝰ pceꝑas ne itrarēt i ecclīam
tuā. Caph. Oīs ppls eiꝰ gemēs z q̄rēs pa-
te clypeū: ⁊ vineaſ ⁊ arieteſ tēpabit i mu
ros tuos ⁊ turres tuas deſtruent in arma

tura ſua. Inūdatiōe eq̄rum ei⁹ [illegible]
puluis eoꝝ: a ſonitu eqtū ⁊ rotaꝝ ⁊ [illegible]
um mouebunt muri tui. Cū ingreſſus [illegible]
rit portas tuas q̄ſi p ītroitū [illegible]
vnguł eqꝝ ſuoꝝ ꝯculcabit oēs plateas [illegible]
as: ppłm tuū gladio cedet: ⁊ ſtatue [illegible]
biles i t̄rā corruēt. Vaſtabūt opes [illegible]
diripiēt negociatiōes tuas: ⁊ deſtruēt [illegible]
ros tuos: ⁊ domos tuas p̄claraſ ſubuertēt
⁊ lapides tuos ⁊ ligna tua ⁊ puluerē [illegible]
i medio aq̄ꝝ ponēt. Et qeſcē faciā m[illegible]
dinē cāticoꝝ tuoꝝ. ⁊ ſonit⁹ cithararū [illegible]
n̄ audiet āpli⁹. Et dabo te i lympidiſ[illegible]
petrā: ſiccatio ſagenaꝝ eris: nec edifica[illegible]
ris vltra: q2 ego dn̄s locut⁹ ſū ait dn̄s [illegible]
Hec dicit dn̄s de⁹ de tyro. Nūq̄d n̄ a [illegible]
tu ruine tue: ⁊ gemitu interfectoꝝ [illegible]
occiſi fuerit i medio tui: ꝯmouebunt [illegible]
le. ⁊ deſcēdēt de ſedib⁹ ſuis oēs p[illegible]
mar̄. ⁊ auferēt exuuias ſuas ⁊ veſt[illegible]
ſua varia abijciēt ⁊ iduēt ſtupore: [illegible]
ſedebūt. ⁊ attoniti ſ̄t repētio caſu [illegible]
mirabūt. ⁊ aſſumētes ſ̄r te lamētū [illegible]
tibi. Quō piſti q̄ hitas i mari vrbs [illegible]
q̄ fuiſti fort̄ i mari cū hitatorib⁹ [illegible]
formidabāt vniuerſi? Nūc ſtupeb[illegible]
ues i die pauor̄ tui: ⁊ turbabūt [illegible]
ri: eo ꝙ null⁹ egrediat ex te. Q2 h̄ [illegible]
de⁹. Cū dedero te vrbē deſolatā ſicut [illegible]
q̄ n̄ hitant. ⁊ adduxero ſ̄r te abyſſū [illegible]
erit te aq̄ multe. ⁊ detraxero te cū [illegible]
deſcēdūt i lacū ad ppłm ſēpiternū: ⁊ c[illegible]
uero i t̄ra nouiſſima ſic ſolitudies [illegible]
cū his q deducunt i lacū ut n̄ hitēs. [illegible]
ro cū dedero glīā i t̄ra viuētiū i [illegible]
digā te. ⁊ n̄ eris. ⁊ reqſita n̄ inueni[illegible]
i ſēpitnū dicit dn̄s deus. XXV[illegible]
Et factū ē ṽbū dn̄i ad me [illegible]
q̄ fili hoīs: aſſume ſ̄r tyrū lamē[illegible]
⁊ dices tyro: q̄ hitat i īroitu ma[illegible]
negociatiōi ppłoꝝ ad iſulas multas. [illegible]
dicit dn̄s de⁹. O tyre tu dixiſti. Per[illegible]
decor̄ ego ſū. ⁊ i corde mar̄ ſita. Fi[illegible]
mi tui q te edificauerūt ipleuerūt de[illegible]
tuū: abietib⁹ de ſanir extruxerūt te cū [illegible]
tabulat̄ mar̄: cedrū de libano tulerūt [illegible]
cerēt tibi malū: q̄rc⁹ de baſan dolauer[illegible]
remos tuos. ⁊ traſtra tua fecerūt [illegible]
ebore idico. ⁊ p̄toriola ꝺ inſulis [illegible]
ſus varia de egypto texta ē tibi [illegible]
ut poneret i malo: hyacinthus ⁊ purp[illegible]
de iſuł eliſa fc̄a ſ̄t opimētū tuū. [illegible]

tes aradij fuerūt remiges tui. sapien
tes tyri facti sūt gubnatores tui: senes
gebal et prudētes ei⁹ hūerūt nautas ad mi
nisteriū varie supellectilis tue. Oēs naues
maris t naute eaꝝ fuerūt in ppl'o negocia
tionis tue. Persae t lydij t libyes erāt i exercitu
tuo viri bellatores tui clypeū t galeā sus
pēderūt in te p ornatu tuo. Filij aradij cū
exercitu tuo sup muros tuos i circuitu: sz
t pigmei q erāt i turrib⁹ tuis pharetras su
as suspēderūt i muris tuis p gyrū. Ipsi cō
pleuerūt pulchritudinē tuā. Cartaginēses
negociatores tui. A mltitudine cūctaꝝ di
uitiaꝝ argēto ferro stāno plūboq3 repleue
rūt nundinas tuas. Grecia t thubal. t mo
soch ipi institores tui. Mācipia et vasa
erea aduexerūt ppl'o tuo. De domo thogor
ma equos t equites t mulos adduxerūt ad fo
rum tuū. Filij dedā negociatores tui. Insu
le multe negociatio man⁹ tue. Dētes ebur
neos t hebeninos cōmutauerūt i pcio tuo.
Syrus negociator tu⁹. Ppt' mltitudinē
opeꝝ tuoꝝ gēmā t purpuram t scutulata t
byssū t sericū t chodchod pposuerunt in
mercatu tuo. Juda t tra israel ipsi institores
tui in frumēto primo: balsamū: t mel: t ole
um t resinā pposuerūt i nūdinis tuis. Da
mascenus negociator tu⁹ i mltitudine opū
tuoꝝ in mltitudine diuersaꝝ opū. i vino pi
gui. in lanis colorꝫ optimi. Dā t grecia t mo
sel in nūdinis tuis pposuerūt ferꝝ fabrefa
ctū: stacte t calam⁹ i negociatiōe tua. De
dan institores tui i tapetib⁹ ad sedēdū. Ara
bia t vniuersi pncipes cedar ipsi negocia
tores man⁹ tue cū agnis t arietib⁹ t hedis
venerūt ad te negociatores tui. Vēditores
saba t reema ipi negociatores tui: cū vni
uersis primis aromatib⁹ t lapide pcioso t au
ro q pposuerūt i mercato tuo. Arā t chē
ne t eden negociatores tui. Saba: assur t
chelmad vēditores tui: ipi negociatores
tui multifariā i volucris hyacinthi t polymi
torū gazaꝝ pciosaꝝ q obuolute t astricte
erant funib⁹ cedros q3 hēbāt i negociatōib⁹
tuis. Naues maris pncipes tui in negocia
tiōe tua t repleta es t glificata nimis i cōd
maris. In aqs mltis adduxerūt te remiges
tui: vent⁹ auster cōtriuit te. In corde maris di
uitie tue t thesauri tui t mltiplex instru
mentū tuū. Naute tui t gubnatores tui q
tenebāt supellectilē tuā. t ppl'o tuo pcrāt:
viri quoq3 bellatores tui q erāt i te cū vniūsa
mltitudie tua: q ē i medio tui: cadēt in cor
de maris i die ruine tue. A sonitu clamoris
gubnatoꝝ tuoꝝ ɔtbabūt classes. t ɗscēdēt
ɗ nauib⁹ suis oēs q tenebāt remū. Naute
t vniuersi gubnatores maris i tra stabūt t
eiulabunt sr te voce magna. t clamabūt
amare. Et supiaciēt puluerē capitib⁹ suis
t cinere cōspgēt. t radēt sup te caluitiū. t
accigēt cilicijs. Et plorabūt te i amaritudi
ne aie ploratu amarissimo. t assumēt sr te
cāmē lugubre. t plāgēt te. Que ē ut tyr⁹ q
obmutuit i medio maris? Que i exitu nego
ciationū tuaꝝ ɗ mari iplesti ppl'os mltos i
mltitudine diuitiaꝝ tuaꝝ t ppl'oꝝ tuoꝝ di
tasti reges tre. Nūc cōtrita es a mari: i p
fūdis aqꝫ opes tue: t oīs mltitudo tua q
erat i medio tui ceciderūt. Uniuersi hita
tores isulaꝝ obstupuerūt sup te. t reges
eaꝝ oēs tēpestate pcussi mutauerūt vul
t⁹. Negociatores ppl'oꝝ sibilauerūt sr te.
Ad nihilum deducta es: t non eris vsq3 in
perpetuum. XXVIII

Et fact⁹ ē smo dñi ad me dicēs. Fili
hoīs. dic pncipi tyri. Hec dic dñs ds
Eo q eleuatū est cor tuū t dixisti.
ds ego sū: t i cathedra di sedi: i cord maris
cū sis hō t nou ds: t ɗdisti cor tuū3 qsi cor
di. Ecce sapiētior es tu daniele. oē secretū
ñ ē abscōditū a te In sapia t prudētia tua
fecisti tibi fortitudinem. t acqsisti aurū t
argentum in thesauris tuis. in multitudi
ne sapientie tue et in negociatione tua.
multiplicasti tibi fortitudinem: t eleua
tū ē cor tuū i robore tuo. Propterea h dic
dñs de⁹. Eo q eleuatū ē cor tuū qsi cor di
idcirco ecce ego adducā sup te alienos ro
bustissimos gētiū. Et nudabūt gladios su
os sr pulchritudinē sapie tue. t polluēt ɗ
corē tuū. Interficiēt t ɗtrahēt te t morieris i
iteritu occisoꝝ i corde maris. Nūqd dicēs
loqris: deus ego sū. corā iterficiētib⁹ te: cū sis
hō t nō de⁹? In manu occidētiū te morte
icircūcisoꝝ morieris i manu alienoꝝ: qr e
go locut⁹ sū ait dñs de⁹. Et fact⁹ ē smo dñi
ad me dicēs. Fili hoīs: leua plāctū sup re
gē tyri. t dices ei. Hec dic dñs de⁹. Tu sig
culū silitudis. plen⁹ sapia. pfect⁹ decore in
dlicijs padisi di fuisti. Oīs lapis pciosus
opimētū tuū: sardius: thopazi⁹: t iaspis.
chrysolit⁹ t onyx t beryll⁹. saphir⁹ t car
bücul⁹ t smaragd⁹. Aurū op⁹ decoris tui t
foramina tua i die q cōdit⁹ es ppata sūt

Tu cherub extēt⁹ ꝛ ꝓtegens. ꝛ posui te i
mōte scō dī. In medio lapidū ignitoꝝ am
bulasti: pfect⁹ i vijs tuis a die cōditionis
tue: donec iuēta ē iniqtas i te. In multitu
dine negociatiōis tue repleta sūt interiora
tua iniqtate: ꝛ peccasti. ꝛ eieci te d̄ mōte sā
cto dī: ꝛ pdidi te o cherub ꝓtegēs de me
dio lapidū ignitoꝝ. Et eleuatū ē cor tuū i
decore tuo. Perdidisti sapiētiā tuā i decore
tuo: i trā pieci te. añ faciē regū dedi te ut
cernerēt te. In multitudīe iniqtatū tuaꝝ ꝛ
iniqtate negociatiōis tue polluisti scifica
tionē tuā. Producā ergo ignem d̄ medio
tui q comedat te. ꝛ dabo te i cinerē sup t̄
rā i ɔspectu oium videntiū te. Oēs q uiderit
te i gētib⁹: obstupescēt sup te. Nihili fcs
es. nō eris i ppetuum. Et fact⁹ ē smo dñi
ad me dicēs. Fili hoīs: pone faciē tuā ɔ̄ si
donē ꝛ ꝓphetab d̄ ea ꝛ dices. Hec dicit dñs
de⁹. Ecce ego ad te sidon. ꝛ glorificabor i
medio tui. Et sciēt qa ego dñs: cū fecero in
eo iudicia ꝛ sanctificat⁹ fuero in ea. Et im
mittā ei pestilētiā ꝛ sāguinē in plateis ei⁹:
ꝛ corruēt interfecti i medio eius gladio p cir
cuitū ꝛ sciēt qa ego dñs. Et non erit vltra
domui isrł offendiculū amaritudīs ꝛ spi
na dolorē iferēs vndiq p circuitū eoꝝ q
aduersāt eis. ꝛ sciēt qa ego dñs de⁹. Hec
dicit domin⁹ de⁹. Qñ cōgregauero domū
isrł d̄ populis i qb⁹ dispsi sūt sactificabor in
eis corā gētib⁹. ꝛ habitabūt i tra sua quā de
di suo meo iacob. ꝛ habitabūt i ea securi
Et edificabūt domos ꝛ plātabūt vineas ꝛ
habitabūt ɔfidēt cū fecero iudicia in oib⁹ q
aduersāt eis p circuitū. ꝛ sciēt qa ego do

I minus deus eoꝝ. XXIX

In anno decio ꝛ duodecimo mense
vna die mēsis fcm̄ ē vbū dñi ad me
dicēs. Fili hoīs: pōe faciē tuā ɔ̄ pharaonē
regē egypti: ꝛ ꝓphabis de eo. ꝛ de egypto
vniuersa loqre ꝛ dices. Hec dicit dñs de⁹
Ecce ego ad te pharao rex egypti draco
magne q cubas in medio fluminū tuoꝝ ꝛ
dicis: me⁹ ē fluui⁹. ꝛ ego feci memetipsū
Et ponā frenū i maxillis tuis. ꝛ agglutiabo
pisces fluminū tuoꝝ squamis tuis. Et ex
trahā te d̄ medio fluminū tuoꝝ: ꝛ vniuer
si pisces tui squamis tuis adhēbūt. Et ꝓy
ciā te i desertū. ꝛ oēs pisces flumis tui. Sup
faciē tre cades. Nō colligeris neq ɔgrega
beris. Bestijs tre ꝛ volatilib⁹ celi dedi te
ad deuorandū. ꝛ sciēt oēs habitatores egyp
ti qz ego dñs. Pro eo q fuisti bacul⁹ [illegible]
dine⁹ domui isrł qñ apphenderūt te [illegible]
ꝛ cōfract⁹ es ꝛ lacerasti oēm humeꝝ [illegible]
ꝛ innitētib⁹ eis sup te comminut⁹ es ꝛ [illegible]
uisti oēs renes eoꝝ. ꝓpea hec dicit dñs [illegible]
us. Ecce ego adducā sup te gladiū [illegible]
interficiā de te hoīem ꝛ iumētū. Et erit [illegible]
egypti i desertū ꝛ i solitudinē: ꝛ sciēt q [illegible]
dñs. Pro eo q dixeris fluui⁹ me⁹ ē ꝛ ego
feci eum: idcirco ecce ego ad te ꝛ ad fl[illegible]
tua. Daboq trā egypti i solitudinē gla[illegible]
dissipatā: a turre syenes vsq ad fines
ethiopie. Nō ptransibit eā pes hoīs [illegible]
pes iumēti gradiet i ea. ꝛ nō habitabit [illegible]
ginta ānis. Daboq trā egypti deserta [illegible]
dio traꝝ desertaꝝ ꝛ ciuitates ei⁹ i medio [illegible]
biū subuersaꝝ. ꝛ erūt desolate qdrag[illegible]
annis. Et dispgā egyptios i natiōes ꝛ [illegible]
tilabo eos i tras. Qz hec dicit dñs de⁹ [illegible]
finē qdraginta annoꝝ ɔgregabo egyp[illegible]
de ppl̄is i qb⁹ dispsi fuerāt: ꝛ reducā [illegible]
uitatē egypti ꝛ collocabo eos i tra pha[illegible]
res i tra natiuitatis sue: ꝛ erūt ibi i reg[illegible]
humile. Int cetera regna erit humilim[illegible]
nō eleuabit vltra sup natiōes. Et imm[illegible]
eos ne iperent gētibus: neq erūt vltra [illegible]
mui isrł ɔfidētia docētes iniqtatē [illegible]
ant ꝛ sequāt eos. ꝛ scient qz ego dñs de⁹ [illegible]
fcm̄ ē i vicesimo ꝛ septio anno in [illegible]
mēsis: fcm̄ ē vbū dñi ad me dicēs. Fili [illegible]
mis: nabuchodonosor rex babylonis [illegible]
fecit exercitū suū seruitute magna [illegible]
sus tyrū. Oē caput decaluatū: ꝛ oīs hu[illegible]
rus depilat⁹ ē. Et merces nō ē reddita [illegible]
q exercitui ei⁹ de tyro: p seruitute q [illegible]
mihi aduersus eā. Propterea hec dicit [illegible]
de⁹. Ecce ego dabo nabuchodonosor [illegible]
babylonis i tra egypti. ꝛ accipiet mlti[illegible]
dinē e⁹: ꝛ depdabit manubias e⁹: ꝛ [illegible]
et spolia ei⁹: ꝛ erit merces exercitui [illegible]
ꝛ opi q̄ seruiuit aduersus eā. Dedi ei ter[illegible]
egypti: p eo q laborauerit mihi [illegible]
deus. In die illa pullulabit cornu [illegible]
isrł. ꝛ tibi dabo aptū os in medio eoꝝ [illegible]
XXX

E rit qz ego dominus.
T fcm̄ ē vbū dñi ad me dicēs [illegible]
hoīs ꝓpha ꝛ dic. Hec dicit dñs [illegible]
Vlulate ve ve diei: qz iuxta ē dies: ꝛ ap[illegible]
pinqbit dies dñi: dies nubis tps gentiu[illegible]
erit. Et veniet gladi⁹ i egyptū: ꝛ erit pauor
i ethiopia cū ceciderit vulnerati i egypto
ꝛ ablata fuerit multitudo ill⁹. ꝛ destru[illegible]

fundamenta ei⁹. Ethiopia ꝛ libya ꝛ lydi
ꝛ oīs reliquū vulgus ꝛ chub ꝛ filij t̄re fede
ris cū eis gladio cadēt. Hec dicit dñs de⁹
Et corruent fulciētes egyptū ꝛ destruet̄ su
pbia ipꝰ eius. A turre syenes gladio ca
dent in ea dicit dñs exercituū. Et dissipabūt
in medio t̄raꝝ desolataꝝ: ꝛ vrbes ei⁹ in me
dio vrbiū desertaꝝ erūt. ꝛ scient qꝛ ego do
minus cū dedero ignē in egypto ꝛ attri
ti fuerint oēs auxiliatores ei⁹. In die illa
egredient̄ nuncij a facie mea in trieribus
ad conterendā ethiopie ↄfidentiā. ꝛ erit pa
uor in eis in die egypti: qꝛ absq; dubio ve
niet. Hec dicit dñs de⁹. Et cessare faciam
multitudinē egypti in manu nabuchodo
nosor regis babylōis. Ipse ꝛ pplˢ ei⁹ cum
eo fortissimi gētiū adducent̄ ad disꝑden
dā terrā. Et euaginabūt gladios suos sup
egyptū: ꝛ iplebūt terrā interfectis. ꝛ faciaꝫ
alueos fluminū aridos: ꝛ tradā terram in
manus pessimoꝝ: ꝛ dissipabo t̄rā ꝛ plenitu
dinē eius in manu⁹ alienoꝝ. Ego dñs locutus
sum. Hec dicit dñs de⁹. Et disꝑdā simulacra:
ꝛ cessare faciā idola de memphis: ꝛ dux
de terra egypti nō erit āpli⁹. Et dabo terrorē
in terra egypti. ꝛ disꝑdā t̄rā phaturef. ꝛ dabo
ignē in taphnis. ꝛ faciā iudicia mea ī ale
xandria. Et effundā indignationē meaꝫ sr
pelusiū robur egypti: ꝛ interficiā multitudi
nē alexandrie. ꝛ dabo ignē in egypto. Qua
si parturiens dolebit pelusiū. ꝛ alexādria erit
dissipata: ꝛ i mēphis angustie q̄tidiane.
Iuuenes eliopoleos ꝛ bubasti gladio ca
dent: ꝛ ipe captiue ducent̄. Et i taphnis ni
grescet dies cū ↄtriuero ibi sceptra egyp
ti. ꝛ defecerit in ea supbia potentie eius.
Ipsam nubes operiet: filie aūt eius i captiuitateꝫ
ducent̄. Et iudicia faciā in egypto. ꝛ sciēt
qꝛ ego dñs. Et factū ē in vndecimo anno: in
primo mēse i vna mēsis: f̄cm̄ est v̄bū dñi ad me di
cens. Fili hoīs brachiū pharaōis regis egy
pti ↄfregi. ꝛ ecce nō ē obuolutū ut restitue
retur sanitati: ut ligaret̄ pannis ꝛ fasciret̄
linteolis: ꝛ recepto robore posset tenē gla
diū. Propterea hec dicit dñs de⁹. Ecce ego
ad pharaonē regē egypti: ꝛ cōminuā eius
brachiū forte sꝫ ↄfractū: ꝛ deyciā gladiū
de manu ei⁹. Et dispgā egyptū in gētib⁹. ꝛ
vētilabo eos i t̄ris. Et ↄfortabo brachia
regis babylōis: daboq; gladiū meū i ma
nu ei⁹. Et ↄfringā brachiū pharaōis: ꝛ ge
ment gemitib⁹ interfecti corā facie ei⁹. Et cō
fortabo brachia regis babylōis. ꝛ brachia
pharaōis cōcidēt. Et sciēt qꝛ ego dñs: cuꝫ
dedero gladiū meū in manū regis baby
lonis. ꝛ extēderit eū sup t̄rā egypti. Et di
spgā egyptū i natiōes. ꝛ ventilabo eos in
t̄ras: ꝛ sciēt qꝛ ego dñs.

XXXI

Et factū ē in anno vndecio: t̄tio: vna
mēsis: f̄cm̄ ē v̄bū dñi ad me dicēs.
Fili hoīs dic pharaoni regi egypti ꝛ pplˢo
ei⁹. Cui similis fact⁹ es in magnitudine tua?
Ecce assur q̄i cedrus in libano pulcher ra
mis. ꝛ frondib⁹ nemorosus: excelsusq; al
titudine: ꝛ int̄ ↄdēsas frōdes eleuatū ē ca
cumē ei⁹. Aq̄ nutrierūt illū: abyssus exal
tauit illū. Flumia e⁹ manabāt in circuitu
radicū ei⁹. ꝛ riuos suos emisit ad vniuer
sa ligna regiōis. Propterea eleuata ē altitu
do ei⁹ sup oīa ligna regiōis. ꝛ multiplica
ta sūt arbusta ei⁹: ꝛ eleuati sūt rami ei⁹ pre
aq̄s mult̄. Cūq; extēdisset vmbrā suā: in
ramis ei⁹ fecerūt nidos oīa volatilia celi
ꝛ sub frōdib⁹ ei⁹ genuert oēs bestie saltuū
ꝛ sub vmbraculo illi⁹ habitabat cet⁹ gētiū
plimaꝝ. Eratq; pulcherrim⁹ i magnitudi
ne sua: ꝛ i dilatatōe arbustoꝝ suoꝝ. Erat. n.
radix illius iux̄ aq̄s multas. Cedri nō fue
runt altiores illo i paradiso dei. Abietes
nō adeq̄uert sūmitatē ei⁹. ꝛ platani nō fuert
eq̄ frondib⁹ illi⁹. Oē lignū paradisi dei nō
ē assimilatū illi ꝛ pulchritudini ei⁹: q̄niaꝫ
speciosū feci eū. ꝛ mult̄ ↄdēsisq; frōdib⁹.
Et emulata sūt eū oīa ligna voluptatis: q̄
erāt i paradiso dei. Propterea hec dic dñs de
us. Pro eo q̄ sublimat⁹ ē i altitudie: ꝛ de
dit sūmitatē suā virētē atq; ↄdēsam. ꝛ ele
uatū ē cor ei⁹ i altitudine sua: tradidi euꝫ
i man⁹ fortissimi gētiū. Faciens faciet ei.
Iux̄ ipietatē ei⁹ eieci eū. ꝛ succidēt eū ali
eni ꝛ crudelissimi nationū. Et ꝓiciēt eū
sup mōtes: ꝛ i cūctis ↄuallib⁹ corruent ra
mi ei⁹. Et ↄfringent̄ arbusta ei⁹ i vniuersis
rupib⁹ terre: ꝛ recedent de vmbraculo e⁹
oēs populi terre: ꝛ relinquent eū. In rui
na eius habitauerunt oīa volatilia celi. ꝛ
in ramis eius fuerunt vniuerse bestie re
gionis. Quaobrē nō eleuabunt̄ in altitu
dine sua oīa ligna aquaꝝ: nec ponēt subli
mitatē suā inter nemorosa atq; frōdosa:
nec stabunt in sublimitate sua oīa q̄ irri
gant̄ aq̄s: qꝛ oēs traditi sūt in mortē ad ter
raꝫ vltimā in medio filioꝝ hoīuꝫ ad eos
descendūt in lacū. Hec dicit domin⁹ de⁹.

In die qn̄ descēdit ad iferos idixi luctū,
opui eū abysso: t phibui flūina eius. t co
ercui aq̄s mltas. Contristat⁹ ē sr eū liba-
n⁹: t oia ligna agri concussa sūt. A sonitu
ruie ei⁹ cōmoui gētes. cū deducerē eū ad i-
fernū cū his q descēdebāt i lacū. Et cōsola
ta sūt i tra ifima oia ligna voluptat egre
gia atq pclara i libano: vniuersa q irriga
bāt aq̄s. Nā t ipi cū eo descēdēt ad ifernū
ad iffectos gladio: t brachiū vniuscuiusq
sedebit sb vmbraculo ei⁹ i medio nationū
ei⁹. Cui assimilat⁹ es o iclyte atq sblimis
iter ligna voluptat? Ecce deduct⁹ es cū li-
gnis voluptat ad trā vltimā. In medio in
circūcisoꝝ dormies: cū eis q infecti sunt
gladio. Ipe est pharao t ois mltitudo ei⁹:
dicit dominus deus. XXXII

Et factū ē duodecio āno. i mēse duo
decimo. i vna mēsis: factū ē v̄bū
dn̄i ad me dicens. Fili hois assume
lamētū sup pharaonē regē egypti. t dices
ad eū. Leoni gētiū assimilat⁹ es. Et dracōi
q ē i mari. et vētilabas cornu i fluib⁹ tuis
t cōturbabas aquas pedib⁹ tuis. t concul
cabas flumina eaꝝ. Propterea hec dicit
dominus deus. expandam super te rete
meum i mltitudine pploꝝ mltorum. t ex
trahaz te i sagena mea. t pciā te i trām
Sup faciē agri abyciā te: t hitare faciā sr
te oia volatilia celi: t saturabo de te besti
as vniuerse tre. t dabo carnes tuas sr mō-
tes. t iplebo colles tuos sanie tua. et irriga
bo trā fetore sāguinis tui isup montes. t
valles iplebūt ex te. t opiaz cū extict⁹ fueri
celos. t nigrescere faciā stellas ei⁹. Solez
nube tegā: t luna nō dabit lumē suū. Oia
luiaria celi merē faciā sup te: t dabo tene
bras sr trā tuā dic dn̄s de⁹. t irritabo cor
pploꝝ mltoꝝ: cū iduxero otritionez tuā in
gētib⁹ sup tras q̄s nescis: t stupescē faciā
sup te pplos mltos. t reges eoꝝ horrore ni
mio formidabūt sr te: cū volare cepit gla
di⁹ me⁹ sr facies eoꝝ. t obstupescēt repē-
te singuli p aia sua i die ruine sue. Qz h
dic dn̄s de⁹. Gladius regis babylonis vēi-
et tibi: in gladys fortiū deyciā mltitudi-
nē tuā. Inexpugnabiles oēs gētes he. et
vastabūt supbiā egypti. et dissipabit ml-
titudo ei⁹ et pdā oia iumēta eius q erāt sr
aq̄s plrimas. t nō cōturbabit eas pes hois
vltra: neq vngula iumētoꝝ turbabit eas
Tūc purissimas reddā aq̄s eoꝝ: t flūia eoꝝ

q̄i oleū adducā ait dn̄s de⁹: cū dedero
egypti desolatā. Deseret aūt tra a ple[...]
ne sua: qn̄ pcussero oēs hitatores ei⁹: [...]
ēt q2 ego dn̄s. Planct⁹ ē: t plāgēt eū [...]
tiū sup egyptū t sup mltitudinē ei⁹ [...]
gēt eū: ait dn̄s de⁹. Et factū ē i duode[...]
āno: i qntadecia mēsis: factū ē v̄bū [...]
me dicēs. Fili hois cane carmē lugu[...]
mltitudinē egypti. et detrahe eā [...]
lias gētiū robustaꝝ ad trā vltimā cū [...]
q descēdūt i lacū. Quo pulchrior es [...]
de. t dormi cū icircūcisis. In medio [...]
toꝝ gladio cadēt. Gladi⁹ datus ē. et [...]
xerūt eā t oēs pplos ei⁹. Loquent ei p[...]
tissimi robustoꝝ de medio inferni q [...]
auxiliatorib⁹ ei⁹ descēderūt t dormie[...]
incircūcisi interfectiq gladio. Ibi assur
oīs mltitudo eius: in circuitu illius sepul[...]
chra eoꝝ omnes iterfecti t qui ceciderūt
gladio: qꝝ data sūt sepulchra i nouissimis
ei. et facta est mltitudo eius p gyrum [...]
chri ei⁹ vniuersi iterfecti cadentesq [...]
dio q dederūt quōdā formidinē sui i ter[...]
viuētiū. Ibi elā: t oīs mltitudo eius [...]
gyrum sepulchri sui. Oēs hi interfecti [...]
tesq gladio: q descēderūt icircūcisi a[...]
rā vltimā. Qui posuerūt terrorē suū in [...]
viuētiū. t portauerūt ignominiā suā [...]
his q descēderūt in lacū. In medio [...]
toꝝ posuerūt cubile ei⁹ i vniuersis p[...]
ei⁹: i circuitu eius sepulchrū illi⁹. Oēs hi [...]
circūcisi iterfectiq gladio. Dederūt n. [...]
suū in tra viuētiū t portauerunt igno[...]
niā suā cū his q descēdūt i lacū. In me[...]
interfectoꝝ positi sūt. Ibi mosoch t thubal
oīs mltitudo ei⁹ i circuitu ei⁹ sepulchra il[...]
Omnes hi incircuncisi interfectiq [...]
tes gladio: q2 dederūt formidinē suā [...]
viuētiū. t nō dormiēt cū fortib⁹ cadē[...]
q t incircūcisis q descēderūt ad infernū
cū armis suis. et posuerūt gladios suos [...]
capitib⁹ suis t fuerūt iniquitates eoꝝ i [...]
b⁹ eoꝝ: q2 terror fortiū facti sūt i tra viuē[...]
tiū. Et tu ḡ in medio incircumcisoꝝ [...]
t dormies cū interfectis gladio. Ibi idu[...]
mea t reges ei⁹ t omnes duces eius [...]
ti sunt cum exercitu suo cum interfectis
gladio: t qui cum incircumcisis dormie[...]
runt. t cum his qui descēderūt in lacū.
Ibi pncipes aquilonis oēs t vniuersi vena[...]
tores q deducti sūt cū interfectis pauētes
t i sua fortitudie cōfusi: q2 dormierūt [...]

[illegible] gladio ꝛ portauerūt ɔfusio[illegible] [illegible] q descēdūt i lacū. Uidit eos [illegible] ꝛ ɔsolat' ē sr vniuersa mltitudie [illegible] gladio: pharao ꝛ oīs exer[illegible] de': q dedit terroē suū i tra [illegible] ꝛ dormiuit i medio icircūcisoꝛuꝫ [illegible] gladio: pharao ꝛ oīs mltitu[illegible] dñs deus. XXXIII

Et factū ē verbū dñi ad me dicens: [illegible] loquere ad filios ppl'i tui [illegible] ad eos. Terra cū iduxero sr [illegible] ꝛ tulerit ppl's tre virū vnuꝫ de [illegible] suis ꝛ ɔstituerit eū sup se spe[illegible] ꝛ ille viderit gladiū veniētē sup [illegible] buccia ꝛ ānūciauerit ppl'o: [illegible] qsqs ille ē: sonitū buccie. ꝛ non [illegible] veneritq gladi': ꝛ tulerit eū [illegible] sup caput ei' erit. Sonum [illegible] ꝛ nō se obsuauit: sanguis [illegible] Si āt se custodierit: aiaꝫ suā [illegible] speculator viderit gladiuꝫ [illegible] nō isonuerit buccina: ꝛ ppl's se nō [illegible] veneritq gladi' ꝛ tulerit de [illegible] i inigtate sua capt' ē: san[illegible] ei' de māu speculatoris regram [illegible] speculatoē dedi te domui [illegible] ex ore meo ſmonē: annūcia[illegible] Si me dicēte ad ipiū: impie [illegible] nō fueris locut' ut se custo[illegible] ipse ipi' in inigtate sua [illegible] āt ei' de māu tua regrā [illegible] te ad ipiuꝫ ut a vijs suis [illegible] fuerit ɔuersus a via sua: ipe i [illegible] morief: porro tu aīam tuam [illegible] Tu ḡ fili hoīs dic ad domū isrl' [illegible] dicētes. Inigtates nre ꝛ [illegible] nos st. ꝛ i ipīs nos tabescim' [illegible] poterimus: Dic ad eos. Uiuo [illegible] de'. Nolo mortē ipij: sed ut [illegible] a via sua ꝛ viuat. Couertimi [illegible] Et qre moriemini do[illegible] Tu itaq fili hoīs dic ad filios po[illegible] Justicia iusti nō liberabit eū i q cū [illegible] ꝛ ipietas ipij nō nocebit [illegible] ɔuersus fuerit ab ipietate [illegible] poterit viuē i iusticia sua: i q[illegible] peccauerit. Etiā si dixero iusto q [illegible] ꝛ ɔfisus in iusticia sua fecerit [illegible] iusticie ei' obliuiōi tradētur. [illegible] sua qui opat' est: in ipa mo[illegible] autē dixero impio: morte morieris [illegible] a pccō suo. fecerit q iu-

diciū ꝛ iusticiā. ꝛ pign' restituerit ille ipi' rapināq reddiderit. i mādatis vite ābulauerit. nec fecerit qcq iniustū: vita viuet ꝛ nō morief. Oīa pccā eius q peccauit nō iputabūf ei. Judiciū ꝛ iusticiā fec vita viuet Et dixerūt filij ppl'i tui. Nō ē eq pōderis via dñi. Et ipoꝝ via iniusta ē. Cū. n. recesserit iustus a iustitia sua feceritq iniquitates. morietur in eis. Et cum recesserit impi' ab ipietate sua. feceritq iudiciū ꝛ iusticiā viuet i eis. Et dicitis. Nō ē recta via dñi. Unūquenq iuxta vias suas iudicabo de vobis dom' isrl'. Et factū ē i duodecimo āno i decimo mēse. i qnta mēsis trāsmigrōis nre: vēit ad me q fugerat de irlꝫ dicēs. Uastata ē ciuitas. Man' aūt dñi facta fuerat ad me vespe āteq vēiret q fugerat. apuitq os meū donec veniret ad me mane. ꝛ apto ore meo nō silui āpli'. Et factū ē ṽbū dñi ad me dicēs. Fili hoīs: q hitāt i ruinosis his. sup humū isrl' loquētes aiūt. Un' erat abrahā. ꝛ hēditate possedit trā. Nos aūt mlti sum': nobis data ē tra possessiōnē. Jdcirco dices ad eos. Hec dic dñs dš. Qui i sāguie comeditis. ꝛ oclos vros leuatis ad imūdicias vras ꝛ sāguinē funditis: nūgd trā hereditate possidebitis? Stetistis i gladijs vris. fecistis abhoīnationes vras. ꝛ vn' gsq vxoē primi sui polluit. ꝛ trā hēditate possidebitis? Hec dices ad eos. Sic dic dñs de'. Uiuo ego: qa q i ruiosis habitāt gladio cadēt. ꝛ q i agro ē bestijs tradef ad deuorādū. q aūt i p̄sidijs ꝛ i spelūcis sūt peste morief. et dabo trā i solitudieꝫ ꝛ i desertū. ꝛ deficiet supba fortitudo ei' ꝛ desolabūf mōtes isrl'. eo q null' sit q p eos trāseat. Et sciēt qr ego dñs cū dedero trā eoꝝ desolatā ꝛ desertā ppt vniuersas aboīatōes suas q̄s opati sūt. Et tu fili hoīs. Filij ppl'i tui q loquūf de te iuxta muros ꝛ i ostijs domoꝝ. ꝛ dicūt vn' ad altū vir ad primū suuꝫ loquētes: vēite ꝛ audiam' qs sit sermo egrediēs a dño. Et vēiūt ad te qsi igrediat ppl's. ꝛ sedēt corā te ppl's me'. ꝛ audiūt ſmones tuos: ꝛ nō faciūt eos: qr i cāticum oris sui ṽtūt illos. et auariciā suā seqf coꝝ. ꝛ es eis qsi carmē musicū qđ suaui dulciq sono canif. et audiūt ṽba tua ꝛ nō faciūt ea. ꝛ cū venerit qđ p̄dictū ē. ecce. n. uenit. tūc scient qr pphetes fuerit inter eos

XXXIIII

Et factū ē ṽbū dñi ad me dicēs. Fili hoīs: ppheta d pa-

ſtorib⁹ iſrl: ꝓpħa ⁊ dices paſtorib⁹. Hec
dicit dñs de⁹. Ue paſtorib⁹ iſrl: qui paſce-
bāt ſemetipſos. Nōne greges a paſtori-
b⁹ paſcunt: Lac cōedebatis ⁊ lanis opie-
bamini. ⁊ qđ craſſū erat occidebatis: gre-
gē āt meū ñ paſcebatis. Qđ infirmū fuit
ñ ꝯſolidaſtis. ⁊ qđ egrotū ñ ſanaſtis. Qđ
ꝯfractū ē ñ alligaſtis: ⁊ qđ abiectū ē ñ re-
duxiſtis. ⁊ qđ perierat ñ qſiſtis: ſꝫ cū auſte
ritate iperabatis eis ⁊ cū potētia. Et diſpſe
ſt oues mee: eo ꝙ ñ eēt paſtor: ⁊ facte ſt i
deuorationē oiuꝫ beſtiaꝝ agri. ⁊ diſperſe
ſt. Errauerūt greges mei in cūctꝭ mōtib⁹ ⁊
in vniuerſo colle excelſo. ⁊ ſup oēm faciē
terre diſpſi ſt greges mei: ⁊ ñ erat q requi
reret. Nō erat iquā q requireret. Propterea
paſtores audite v̄bū dñi. Uiuo ego dicit
dñs de⁹: qꝛ ꝓ eo ꝙ facti ſt greges mei in
rapinaꝫ ⁊ oues mee in deuorationē oium
beſtiaꝝ agri: eo ꝙ ñ eēt paſtō: neqꝫ n. qſie
rūt paſtores gregeꝫ meū. ſꝫ paſcebant pa
ſtores ſemetipſos ⁊ greges meos ñ paſce
bāt. ꝓpea paſtores audite v̄bū dñi. Hec
dicit dñs de⁹. Ecce egoipſe ſup paſtores:
reqrā gregē meū de māu eoꝝ: ⁊ ceſſare fa
ciā eos: ut vltra ñ paſcāt gregeꝫ meū: nec
paſcāt āpli⁹ paſtores ſemetipſos. Et liba-
bo gregē meū đ ore eoꝝ. ⁊ ñ erit vltra eis
i eſcā: qꝛ h̄ dicit dñs de⁹ Ecce egoipſe req
rā oues meas: ⁊ viſitabo eas. Sic viſitat
paſtor gregē ſuū. i die qñ fuerit in medio
ouiū ſuaꝝ diſſipataꝝ: ſic viſitabo oues
meas. ⁊ libabo eas de oib⁹ locis i qbus di
ſpſe fuerāt i die nubis ⁊ caligis. Et educā
eas de ꝑplis. ⁊ ꝯgregabo eas de t̄ris ⁊ idu
cā eas i t̄rā ſuā: ⁊ paſcā eas i mōtib⁹ iſrl in
riuis ⁊ i cūctꝭ ſedib⁹ t̄re. In paſcuis vber-
rimis paſcā eas ⁊ i montibus excelſis iſrl
erūt paſcue eaꝝ. Ibi requieſcēt i herbis vi
rentibus. ⁊ in paſcuis pinguib⁹ paſcent ſt
mōtes iſrl. Ego paſcam oues meas. ⁊ ego
eas accubare faciā dicit dñs de⁹. Qđ pe-
rierat reqrā. ⁊ qđ abiectū erat reducaꝫ. ⁊
qđ ꝯfractū fuerat alligabo: ⁊ qđ ifirmuꝫ
fuerat ꝯſolidabo. ⁊ qđ pingue ⁊ forte cu-
ſtodiā ⁊ paſcā illas i iudicio. Uos aūt gre
ges mei: hec dicit dñs de⁹ Ecce ego iudico
int̄ pec⁹ ⁊ pec⁹: arietū ⁊ hircoꝝ. Nōne ſatꝭ
vobiſ erat paſcua bona depaſci? Inſup ⁊
reliqas paſcuaꝝ v̄raꝝ ꝯculcaſtꝭ pedibuſ
v̄ris. ⁊ cū puriſſimā aquā biberetis: reliqꝗ
pedib⁹ veſtris turbaſtis. Et oues mee hiſ

q ꝯculcata pedib⁹ v̄ris fuerāt paſceba[n]
⁊ q pedes v̄ri turbauerant hec bibeba[nt]
Propterea hec dicit dñs deus ad vos. E[cce]
egoipſe iudico int̄ pec⁹ pingue ⁊ mac[ilen-]
tū. Pro eo ꝙ lateribus ⁊ humeꝭ ip[ulſa-]
bat̄ ⁊ cornib⁹ v̄ris ventilabat̄ oia infi[rma]
pecora: donec diſpgerēt̄ foras ſaluabo [gre-]
gē meū. ⁊ ñ erit vltra i rapinā. ⁊ iudic[abo]
int̄ pec⁹ ⁊ pec⁹. Et ſuſcitabo ſup ea p[aſto-]
rē vnū q paſcat ea: ſuū meū dauid. [ipſe]
paſcet ea. ⁊ ipſe erit eis in paſtorē. E[go]
dñs ero eis i deū. ⁊ ſu⁹ me⁹ dauid [prin-]
ceps i medio eoꝝ. Ego dñs locut⁹ ſū. Et faci[am]
eis pactū pacis. ⁊ ceſſare faciā beſtias [peſ-]
ſimas de t̄ra: ⁊ q hītant i deſerto ſecur[e dor-]
miēt in ſaltib⁹: ⁊ ponā eos i circuitu c[olles]
mei bñdictionē. ⁊ deducā ymbꝭ i [tpe]
ſuo. ⁊ pluuie bñdictiōis erunt. Et dab[it li-]
gnū agri fructū ſuū. ⁊ t̄ra dabit germ[en ſu-]
um ⁊ erūt i t̄ra ſua abſqꝫ timore. Et [ſcient]
qꝛ ego dñs cū ꝯtriuero cathenas iug[i eoꝝ]
⁊ eruero eos de māu īpantiū ſibi. Et [non]
erūt vltra i rapinā i gētib⁹ neqꝫ beſti[e]
deuorabūt eos: ſed hītabunt ꝯfidēt[er abſ-]
qꝫ vllo t̄rore. Et ſuſcitabo eis germē [nomina-]
tū. ⁊ ñ erūt vltra iminuti fame i t̄ra [nec]
portabūt vltra opprobriū gētiū. Et [ſcient]
qꝛ ego dñs de⁹ eoꝝ cū eis. ⁊ ipſi ꝑplꝰ m[eus]
dom⁹ iſrl: ait dñs de⁹. Uos āt greges [mei]
greges paſcue mee hoies eſtis: ⁊ eg[o]
de⁹ v̄r dicit dñs deus. XXX[V]

Et factꝰ ē ſmo dñi ad me dicēs. F[ili]
hois: pone faciē tuā aduerſū [mon-]
tē ſeyr: ⁊ ꝓpħabis de eo. ⁊ dices ei. [Hec]
dicit dñs de⁹ Ecce ego ad te mons ſe[yr]
extēdā manū meā ſup te. ⁊ dabo te d[eſo-]
latū atqꝫ deſtū. Urbes tuas demol[iar]
tu deſt⁹ eris. ⁊ ſcies qꝛ ego dñs eo q [fue-]
ris inimic⁹ ſempit̄n⁹. ⁊ ꝯcluſeris filios [iſrl in]
man⁹ gladij in tpe afflictiōis eoꝝ i t[pe ini-]
quitatis extreme. Propterea viuo ego [dicit]
dñs de⁹: qñ ſanguini tradā te. ⁊ ſangu[is]
te pſequet̄. Et cū ſanguinē odeꝛis [ſanguis]
pſequet̄ te. Et dabo mōtē ſeyr deſola[tū]
atqꝫ deſtū. Et auferā de eo euntē ⁊ re[deuntē]
⁊ iplebo mōtes ei⁹ occiſoꝝ ſuoꝝ. In [col-]
lib⁹ tuis ⁊ i vallib⁹ tuis atqꝫ in torrenti[bus]
interfecti gladio cadēt. In ſolitudines ſe[m-]
piternas tradā te. ⁊ ciuitates tue nō h[a-]
bitabunt̄. Et ſcietis qꝛ ego dñs deus. [Eo q]
dixeris: due gentes ⁊ due t̄re mee erunt [⁊]
hereditate poſſidebo eas cū dñs eſſet [ibi]

[illegible] vias ego dicit dñs de⁹:q2 faciã
[illegible] z f3 zelũ tuũ quẽ fecisti odio
[illegible] z notus efficiar p eos cũ te iu
[illegible] z scies q2 ego dñs. Audiui vni-
[illegible] opprobria tua q̃ locutus es de mõ
[illegible] Deserti nobis ad deuorã
[illegible] Et insurrexistis sup me ore ve
[illegible] derogastis aduersũ me. Uerba ve
[illegible] Hec dicit dñs de⁹. Letan
[illegible] terra:in solitudinẽ te redigã:
[illegible] es sup hereditatez domus
[illegible] fuerit dissipata: sic faciam tibi.
[illegible] eris mons seyr z idumea ois:
z scies q2 ego dñs. XXXVI

[illegible] fili hominis: pphã sup montes
[illegible] Mõtes isrl̃ audite ver
[illegible] Hec dicit dñs deus. Eo q̃ dixerit
[illegible] de vobis: euge altitudines sem
[illegible] in hereditatẽ date s̃t nobis:prop-
[illegible] vaticinare z dic. Hec dicit dñs de⁹:
[illegible] desolati estis z cõculcati p cir
[illegible] in hereditatẽ reliqs gentib⁹
[illegible] sup labiũ lingue z opprobriũ
[illegible] propterea montes isrl̃ audite ver
[illegible] Hec dicit dñs de⁹ montibus z
[illegible] vallibusq̃ z desertis:pa
[illegible] z vrbib⁹ derelict̃ q̃ depopulate s̃t
[illegible] z reliquis gentib⁹ p circuitũ.
[illegible] hec dicit dñs de⁹. Qm̃ in igne
[illegible] locutus sum de reliqs gentib⁹ z
[illegible] vniuersa: q̃ dederunt terram
[illegible] in hereditatẽ cum gaudio z toto
[illegible] z ex aĩa. z eiecerũt eã ut vastarent:
[illegible] vaticinare sup humũ isrl̃. z dices
[illegible] z collib⁹ iugis z vallib⁹. Hec dic̃
[illegible] Ecce ego in zelo meo z in furore
[illegible] co q̃ confusionẽ gentiuz
[illegible] Idcirco hec dic̃ dñs de⁹. Ego
[illegible] meã ut gentes q̃ in circuitu
[illegible] confusionẽ suã portent. vos autẽ
[illegible] vros germinet̃. z fruc-
[illegible] pplo meo isrl̃. Prope eni
[illegible] Qa ecce ego ad vos. z cõuertar
[illegible] z accipiet̃ semẽtem. z
[illegible] in vob hoiem oẽmq̃ domũ
[illegible] citates z ruinosa istaura
[illegible] vos hoib⁹ z iumẽt̃ z multi-
[illegible] z crescẽt. Et hitare vos faciaz sic̃
[illegible] donabo maiorib⁹ q̃ ha
[illegible] z scietĩ q2 ego dñs. Et ad-
[illegible] vos hoies pplm meũ isrl̃. z hẽdi
[illegible] te. Et eris eis i hẽditatez

z nõ addes vltra ut absq̃ eis sis. Hec dic̃
dñs de⁹. Pro eo q̃ dicũt d vob. Deuoratrix
hoiuz es z suffocãs gẽtẽ tuã: ppt̃ea hoies
ñ comedes ãpli⁹. z gentẽ tuã ñ necabis vl
tra. ait dñs de⁹. Nec auditã faciã i te ãpli⁹
ɔfusionẽ gẽtiũ z opprobriũ pplo૱ neq̃q̃
portabis. z gentẽ tuã nõ amittes ãpli⁹ ait
dñs de⁹. Et factuz ẽ vbũ dñi ad me dicẽs.
Fili hois. dom⁹ isrl̃ hitauerũt i humo sua: z
polluerũt eam i vijs suis z i studijs suis.
Iux̃ imũdiciã mẽstruate facta ẽ via eo૱
corã me. z effudi idignationẽ meã sup eos
p sanguie quẽ fuderũt s̃r terrã. Et i idolis
suis polluert̃ eã. z dispsi eos i gẽtes. z ven
tilati sũt i terras. Iuxta vias eo૱ z adiuẽ
tiões eo૱ iudicaui eos. Et igressi s̃t ad gen
tes ad q̃s itroierũt. z polluerũt nomẽ s̃cm̃
meũ: cũ diceref de eis. pp̃s dñi iste ẽ. z de
terra ei⁹ egressi s̃t. Et peperci noi s̃cõ meo
qd̃ polluerat dom⁹ isrl̃ i gentib⁹ ad q̃s in-
gressi s̃t. Idcirco dices domui isrl̃. Hec di
cit dñs de⁹. Nõ pp vos ego faciã dom⁹ isrl̃
s3 ppter nomẽ s̃ctũ meũ qd̃ polluistis in
gẽtib⁹ ad q̃s itrastis. Et s̃ctificabo nomẽ
meũ magnũ qd̃ pollutũ ẽ int̃ gentes: qd̃
polluist̃i i medio ea૱: ut sciãt gẽtes q2 ego
dñs. ait dñs exercituũ: cũ s̃cificat⁹ fuẽo i vo
bis corã eis. Tollã quippe vos de gentib⁹
z ɔgregabo vos de vniuersis terris. z addu
cã vos i terrã vrãm. Et effundã super vos
aquã mundã. z mundabimini ab omnib⁹
inquinamentis vestris. z ab vniuers̃ ido
lis vestris mundabo vos. Et dabo vobis
co૱ nouum z sp̃m nouum ponaz i medio
vestri. Et auferam co૱ lapideuz de carne
vestra. z dabo vobis co૱ carneũ. z spiritũ
meũ ponam in medio vestri. Et faciã ut i
pceptis meis ambuletis. z iudicia mea
custodiat̃ z operemini. Et habitabitis in
terra quã dedi patrib⁹ vr̃is: z eritĩ mihi in
pplm: z ego ero vob in deum. Et saluabo
vos ex vniuersis inquinament̃ vestris. z
vocabo frumentũ z multiplicabo illud: z
ñ imponaz vobis famẽ. Et multiplicabo
fructũ ligni z genimia agri ut nõ portet̃
vltra opprobriũ famis in gentib⁹. Et re-
cordabimini via૱ vra૱ pessima૱ studio-
rũq̃ nõ bono૱. z displicebũt vob iniquita-
tes vr̃e z scelera vr̃a. Non pp vos ego fa
ciã: ait dñs de⁹ notũ sit vob. Cõfundimi z
erubescite s̃r vijs vr̃is dom⁹ isrl̃. Hec dic̃
dñs de⁹. In die q̃ mũdauero vos ex oibus

iniquitatib⁹ vr̄is ꝛ ĩhabitari fecero vrbes
ꝛ ĩstaurauero ruinosa : ꝛ terra d̄s̄ta fuerit
exculta . que quōdā erat desolata ĩ oculis
oīs viatorꝭ dicēt . Terra illa ĩculta facta
ē ut hort⁹ voluptatꝭ . ꝛ ciuitates d̄s̄te ꝛ d̄s̄ti
tute atq̃ suffosse mūite sederūt . Et scient
gētes q̄cūq̃ derelicte fuerit ĩ circuitu vr̄o :
qꝛ ego dn̄s edificaui dissipata : plātauiq̃ ĩ
culta . ego dn̄s locut⁹ sū ꝛ fecerī . Hec dicͭ
dn̄s de⁹ . Adhuc ĩ h° inueniēt me dom⁹ isrl̄
ut faciā eis . Multiplicabo eos sicut gregē
hoīu ut gregē scm̄ : ut gregē irl̄m ĩ solēni
tatib⁹ eius . Sic erūt ciuitates deserte plene
gregibus hoīu . ꝛ scient qꝛ ego dominus

Acta ē sr̄ me manꝰ . XXXVII
dn̄i : ꝛ eduxit me ĩ spū dn̄i . ꝛ dimisit
me ĩ medio cāpi q erat plenus ossi
bus . ꝛ circūduxit me per ea ĩ gyro . Erant
autē multa valde sup faciē cāpi : siccaq̃
uehementer . Et dixit ad me . Fili hoīs . pu
tasne viuēt ossa ista ? Et dixi . Dn̄e de⁹ tu
nosti . Et dixit ad me . Uaticinare d̄ ossib⁹
istis . Et dices eis . Ossa arida : audite vbū
dn̄i . Hec dicͭ dn̄s de⁹ ossib⁹ his . Ecce ego
ĩtromittā ĩ vos spm̄ ꝛ viuetꝭ . ꝛ dabo sr̄ uos
neruos . ꝛ succrescē faciā sr̄ vos carnes . ꝛ s̄r
extēdā ĩ vobis cutem . ꝛ dabo vobis spm̄ ꝛ
viuetꝭ . ꝛ scietꝭ qꝛ ego dn̄s . Et pphaui sicͭ
p̄cepat mihi . Fact⁹ ē āt sonitus pphāte
me : ꝛ ecce cōmotio . Et accesserūt ossa ad os
sa : vnūq̃dq̃ ad iūcturā suā . Et vidi . ꝛ ecce
sup ea nerui ꝛ carnes ascēderūt . ꝛ extēta ē
ĩ eis cutꝭ desup . ꝛ spm̄ nō hēbāt . Et dixit ad
me . Uaticinare ad spm̄ : vaticinare fili ho
minis . ꝛ dices ad spm̄ . Hec dicͭ dn̄s d̄us . A
q̄tuor vētꝭ veni sp̄s . ꝛ ĩsuffla sr̄ ĩterfectos istos
ꝛ reuiuiscāt . Et pphaui sicut p̄cepat mi
hi . Et igressus ē ĩ ea spūs . ꝛ reuixerūt . Stete
rūtq̃ sup pedes suos exercitus grādis ni
mis valdͤ . Et dixit ad me . Fili hoīs : ossa h̄
vniuersa dom⁹ isrl̄ ē . Ipi dicūt . Aruerūt
ossa nr̄a . ꝛ perijt spes nr̄a . ꝛ abscissi sumus
Propt̄ea vaticinare . ꝛ dices ad eos . Hec
dicit dn̄s d̄s . Ecce ego apiā tumlos vr̄os . ꝛ
educā vos de sepl̄chrꝭ vr̄is pp̄ls me⁹ : ꝛ idu
cā vos ĩ t̄rā isrl̄ . Et scietꝭ qꝛ ego dn̄s cū apu
ero sepulchra vr̄a ꝛ eduxero vos d̄ tumulꝭ
vr̄is pp̄le meus . et dedero spm̄ meū ĩ vob
ꝛ vixeritꝭ . Et regescere vos faciā . sup hu
mū vr̄aꝫ . ꝛ scietꝭ qꝛ ego dn̄s locut⁹ sū ꝛ fe
ci . ait dn̄s de⁹ . Et fact⁹ ē s̄mo dn̄i ad me di
cēs . Et tu fili hoīs sume tibi lignū vnū . et

scribe sup illud iude ꝛ filiorum isr̄l ...
ei⁹ . Et tolle lignū alterꝫ . ꝛ scribe sup ...
ioseph lignū effraī . ꝛ cūcte dom⁹ ...
oꝝq̃ ei⁹ . Et adiūge illa vnū ad alterꝫ ...
ĩ lignū vnū . ꝛ erit ĩ vnionē ĩ manu tua ...
aūt dixerit ad te filij pp̄li tui loquentes ...
ne ĩdicas nob̄ q̄d ĩ hiis tibi velis ? Loq̄re ...
eos . Hec dicͭ dn̄s de⁹ . Ecce ego assumā ...
gnū ioseph . q̄d ē ĩ manu effraī ꝛ trib⁹ ...
q sūt ei adiūcte . ꝛ dabo eas pariter ...
da ꝛ faciā eas ĩ lignū vnū : ꝛ erūt vnū ĩ ...
nu ei⁹ . Erūt aūt ligna sup q̄ scripseris ...
nu tua ĩ ocul̄ eoꝝ . ꝛ dices ad eos . Hec ...
dn̄s de⁹ . Ecce ego assumā filios isr̄l ...
dio nationū ad q̄s abierūt ꝛ cōgregabo ...
vndiq̃ et adducam eos ad humum ...
Et faciam eos gentem vnam in terra ...
mōtibus isrl̄ . ꝛ rex vnus erit oibus ...
Et nō erūt vltra due gētes nec diuidētur ...
pli⁹ ĩ duo regna . Neq̃ polluētur vltra ...
lis suis ꝛ aboīnatiōib⁹ suis . ꝛ cūctis ...
b⁹ suis . ꝛ saluos eos faciā de vniuersis ...
dib⁹ suis ĩ q̄b⁹ peccauerūt . ꝛ emūdabo ...
Et erūt mihi pp̄ls . ꝛ ego ero eis deus ...
me⁹ dauid rex sup eos . ꝛ pastor vnus ...
omniuꝫ eoꝝ . In iudicijs meis ambulabūt ...
mādata mea custodiēt ꝛ facient ea . Et habita
būt sup t̄rā quā dedi suo meo iacob ...
tauerūt p̄res vr̄i ꝛ h̄itabūt sup eā ...
lij eoꝝ ꝛ filij filioꝝ eoꝝ vsq̃ ĩ sempiternū ...
uid su⁹ me⁹ p̄nceps eoꝝ ĩ ppetuū . Et ...
aꝫ illis fed⁹ pacis : pactū sempiternū ...
Et fūdabo eos ꝛ multiplicabo . ꝛ dabo ...
catōnē meā ĩ medio eoꝝ ĩ ppetuū ...
tabnaculū meū ĩ eis : ꝛ ero eis de⁹ ...
mihi pp̄ls . Et sciēt gētes qꝛ ego dn̄s ...
cator isrl̄ . cū fuerit scificatō mea ĩ me...
eorum in perpetuum. XXXVIII

Et factus ē s̄mo dn̄i ad me dicens ...
hoīs . pone faciē tuā ꝫ gog ꝛ terrā ...
gog p̄ncipē capitꝭ mosoch ꝛ thubal ...
ꝛ vaticinare de eo . ꝛ dices ad eū . Hec ...
dn̄s de⁹ . Ecce ego ad te gog p̄ncipē capitis ...
mosoch ꝛ thubal . Et circūagā te ꝛ ponā ...
frenū ĩ maxillis tuis . ꝛ educā te ꝛ oēm ...
citū tuū . eq̃s ꝛ eq̃tes vestitos loricis ...
uersos : multitudinem magnam hastam ...
et clypeum arripientiū et gladium . Per...
se ethyopes et libyes cū eis omnes ...
tati et galeati . Gomer et vniuersa ag...
mina eius . domus thogorma latera aq...
lonis ꝛ totum robur eius . populiq̃ mul...

[illegible] ⁊ istrue te ⁊ oēm mltitudinē
[illegible] ꝯuocata ē ad te. ⁊ esto eis i ꝑcep-
[illegible] dies mltos visitaberis. In nouissi
[illegible] venies ad trā q̄ reuersa ē a gla
[illegible] ꝯgregata ē de pplis mltis ad mōtes
[illegible] deserti iugit. Hec de pplis edu
[illegible] habitabūt i ea ꝯfidenter vniuersi. Ascē
[illegible] tempestas venies: ⁊ q̄si nubes ut operi-
[illegible] ⁊ oia agmia tua ⁊ ppli multi te-
[illegible] Hec dicit dn̄s de⁹. In die illa ascēdent
[illegible] sup cor tuū. ⁊ cogitab cogitationē
[illegible] ⁊ dices. Ascēdā ad trā absq; mu
[illegible] ad qescētes habitantesq; secure.
[illegible] habitāt sine muro: vectes ⁊ porte
[illegible] Ut diripias spolia ⁊ iuadas ꝑdā:
[illegible] manū tuā sr̄ eos q deserti fuerāt:
[illegible] ⁊ sr̄ ppl'm q ē ꝯgregatus
[illegible] possidē cepit ⁊ eē habitator vm-
[illegible] Saba ⁊ dedan ⁊ negociatores
[illegible] ⁊ oēs leōes ei⁹ dicēt tibi. Nūqd ad
[illegible] spolia tu venis? Ecce ad diripien
[illegible] ꝯgregasti multitudinē tuā ut tol
[illegible] ⁊ aurū: auferas supellectilem
[illegible] ⁊ diripias manubias ifinitas.
[illegible] vaticinare fili hois. ⁊ dices ad
[illegible] Hec dicit dn̄s de⁹. Nūqd n̄ i die illo
[illegible] ppls me⁹ isrl̄ ꝯfidenter: scies ⁊
[illegible] de loco tuo a latib⁹ aqlōis tu ⁊ po
[illegible] ascēsores eq̄ꝝ vniuersi ce-
[illegible] ⁊ exercit⁹ vehemēs. ⁊ ascēdes sup
[illegible] q̄si nubes ut opias trā? In
[illegible] dieb⁹ eris. ⁊ adducā te sr̄ trām
[illegible] gētes me cū scificat⁹ fuero i
[illegible] gog. Hec dicit dn̄s de⁹. Tu
[illegible] q̄ locut⁹ sū i dieb⁹ antiqs i ma
[illegible] pphaꝝ isrl̄: q pphauerūt
[illegible] ut adducerē te sup eos.
[illegible] die aduent⁹ gog sr̄ terrā
[illegible] de⁹: ascēdet idignatio mea in
[illegible] ⁊ i zelo meo. In igne ire mee
[illegible] i die illa erit cōmotio magna
[illegible] ⁊ ꝯmouebunt a facie mea pi
[illegible] ⁊ volucres celi ⁊ bestie agri. ⁊
[illegible] q̄ mouet sr̄ humū: cūctiq; ho
[illegible] sr̄ facie tre. Et subuertēt mōtes
[illegible] ⁊ oīs mur⁹ corruet in trā. Et
[illegible] aduersus eū i cūctis mōtib⁹ meis
[illegible] dn̄s de⁹. Gladi⁹ vniuscuiusq; in
[illegible] dirigetur. Et iudicabo eū peste ⁊
[illegible] ⁊ ymbre vehemēti ⁊ lapidib⁹ im-
[illegible] ignē ⁊ sulphur pluā sup eū ⁊ sup
[illegible] ⁊ sup pplos mltos q sūt cū eo.

Et magnificabor ⁊ scificabor. ⁊ not⁹ ero i
ocul's multaꝝ gētiū: ⁊ sciēt q2 ego domin⁹.
Tu aūt fili hois: vati- XXXIX
cinare aduersū gog: ⁊ dices. Hec di
cit dn̄s de⁹. Ecce ego sr̄ te gog ꝑnci
pē capitis mosoch ⁊ thubal: ⁊ circūagā te:
⁊ educā te: ⁊ ascēdē te faciā de latib⁹ aqlo
nis. ⁊ adducā te sup mōtes isrl̄. Et pcutiaꝫ
arcū tuū i manu sinistra tua. ⁊ sagittas tu-
as de manu dextra tua deyciā. Sup mōtes
isrl̄ cades tu ⁊ oia agmia tua ⁊ ppli q sūt
tecū. Feris: auib⁹: oiq; volatili celi ⁊ be-
stijs tre dedi te ad deuorādū. Sup faciēꝫ
agri cades: q2 ego locut⁹ sū: ait dn̄s de⁹. Et
imittā ignē i magog ⁊ i his q habitāt i isulis
ꝯfidenter: ⁊ sciēt q2 ego dn̄s. Et nomen scm̄
meū notū faciā i medio ppli mei isrl̄. ⁊ nō
polluā nomē scm̄ meū ampli⁹. ⁊ sciāt gētes
q2 ego dn̄s de⁹ scūs isrl̄. Ecce venit. ⁊ factū ē
ait dn̄s de⁹. Hec ē dies de q̄ locut⁹ suꝫ. Et
egredient habitatores de ciuitatib⁹ isrl̄. ⁊ suc-
cendēt ⁊ ꝯburēt arma clypeū ⁊ hastas ar
cū ⁊ sagittas ⁊ baculos manuū ⁊ cōtos. ⁊
succēdēt ea igni septē annis. Et nō porta-
būt ligna de regiōib⁹ neq; succidēt de sal
tib⁹: qm̄ arma succēdēt igni. ⁊ depdabūt
eos qb⁹ ꝑde fuerāt. ⁊ diripiēt vastatores
suos: ait dn̄s de⁹. Et erit: in die illa dabo
gog locū noiatū sepulchꝝ i isrl̄. vallē via
toꝝ ad orientē maris: q̄ obstupescē faciet ꝑ-
tereūtes. Et sepeliēt ibi gog ⁊ oēm mltitu-
dinē ei⁹. ⁊ vocabit vallis multitudis gog
⁊ sepelliēt eos dom⁹ isrl̄: ut mūdēt trā sep
tē mēsib⁹. Sepeliet aūt eū ois pplus tre. ⁊
erit eis noiata dies i q̄ glificat⁹ sū: ait dn̄s
de⁹. Et viros iugit ꝯstituēt lustrātes traꝫ.
q sepeliāt ⁊ requirant eos q remāserant sup
faciē tre ut emūdēt eā. Post mēses aūt se
ptē q̄rere icipiēt. ⁊ circuibūt pagrātes trā.
Cūq; viderit os hois statuēt iuxta illud ti-
tulū: donec sepeliāt illud pollinctores in
valle multitudis gog. Nomē aūt ciuitatis
amona. ⁊ mūdabūt trā. Tu ergo fili hois: hec
dicit dn̄s de⁹ Dic oi volucri ⁊ vniuerse aui
b⁹ cūctisq; bestijs agri. Cōuenite ⁊ pperate
ꝯcurrite vndiq; ad victimā meā quā ego
imolo vob: victimā grādē sup mōtes isrl̄
ut cōedatis carnes ⁊ bibatis sanguinē. Car
nes fortiū cōedetis. ⁊ sanguinē ꝑncipuꝫ tre
bibetis: arietū ⁊ agnoꝝ ⁊ hircoꝝ tauroꝝq;
⁊ altiliū ⁊ pinguiū oiuꝫ. Et cōedetis adipē
i saturitatē. ⁊ bibetis sanguinē i ebrietatē

de victia quã ego imolaui vobis. ⁊ satu-
rabimi sup mẽsã meã: de eq̃ ⁊ de egre for
ti. ⁊ de vniuersis viris bellatorib⁹ ait dñs
de⁹. Et ponã gl'iam meã in gẽtibus. ⁊ vide
bũt oẽs gẽtes iudiciũ meũ quod feceri. ⁊
manũ meã quã posueri sup eos. ⁊ sciẽt do
m⁹ isrl' q2 ego dñs de⁹ eoꝝ a die illa ⁊ dein
ceps. Et sciẽt gẽtes qm̃ i iniq̃tate sua cap
ta sit dom⁹ isrl'. ⁊ ꝙ dereliq̃rit me ⁊ abscõ
deri faciẽ meã ab eis. ⁊ tradiderim eos in
man⁹ hostiũ. ⁊ ceciderit in gladio vniuer
si. Iux̃ imundiciã eoꝝ ⁊ scel⁹ feci eis. ⁊ ab
scõdi faciẽ meã ab illis. Propꝑea hec dic̃
dñs de⁹. Nũc reducã captiuitatẽ iacob. ⁊
misebor ois dom⁹ isrl'. Et assumã zelũ pro
noie scõ meo. ⁊ portabũt ꝯfusionẽ suã: ⁊
oẽꝫ ꝑuaricationẽ quã ꝑuaricati sũt in me:
cũ hitauerit i t'ra sua ꝯfident neminẽ for
midãtes. ⁊ reduxero eos de pplis. ⁊ ꝯgre-
gauero de t'ris iimicoꝝ suoꝝ. ⁊ scificat⁹ fu
ero i eis i oculis gẽtiũ plurimaꝝ. Et sciẽt
q2 ego dñs de⁹ eoꝝ: eo ꝙ trãstuleri eos in
natiões. ⁊ ꝯgregaueri eos sr t'rã suã. ⁊ nõ
dereliq̃ri quẽq̃ ex eis ibi. Et ñ abscõdã
vltra faciẽ meã ab eis: eo ꝙ effuderi spm̃
meũ sr oẽꝫ domũ isrl': ait dñs de⁹.

XL

In vigesimoq̃nto anno trãsmigrati-
onis nr̃e i exordio anni decia men
sis q̃rtodecio ãno postq̃ pcussa est
citas: i ipsa hac die fcã ẽ sr me man⁹ dñi. ⁊
adduxit me illuc in visiõib⁹ dei. Adduxit
me i t'rã isrl'. ⁊ dimisit me sr mõtẽ excelsũ
nimis sup quẽ erat q̃i edificiũ citatis vgẽ-
tis ad austrũ. ⁊ itroduxit me illuc. Et ecce
vir cui⁹ erat spẽs q̃i spẽs eris. ⁊ fũicul⁹ li-
ne⁹ i mãu ei⁹ ⁊ calam⁹ mẽsure i mãu eius.
Stabat ãt i porta. ⁊ locut⁹ ẽ ad me idem
vir. Fili hoīs: vide oculis tuis: ⁊ aurib⁹ tu
is audi. ⁊ põe cor tuũ in oia q̃ ego oñdã ti
bi: q2 ut oñdant tibi adduct⁹ es huc. An-
nũcia omia q̃ tu vides domui isrl'. Et ecce
mur⁹ forinsec⁹ i circuitu dom⁹ vndiq̃. ⁊ in
mãu viri calam⁹ mẽsur sex cubitoꝝ ⁊ pal
mo. Et mẽsus ẽ latitudinẽ edificij calamo
vno: altitudinẽ q̃ꝫ calamo vno. Et venit
ad portã q̃ respiciebat viã orietalẽ. ⁊ ascẽ
dit ꝑ gradus e⁹. Et mẽsus ẽ limẽ porte ca
lamo vno: latitudinẽ: idest limẽ vnũ: cala
mo vno i latitudie. ⁊ thalamũ vno cala-
mo i lõgũ. ⁊ vno calamo i latuꝫ. ⁊ int' tha
lamos q̃nq̃ cubitos. ⁊ limẽ porte iux̃ vesti
bulũ porte itrisec⁹ calamo vno. Et mẽsus

ẽ vestibulũ porte octo cubitoꝝ [illegible]
ei⁹ duob⁹ cubitis. Vestibulũ ãt porte [illegible]
itrinsec⁹. Porro thalami porte ad [illegible]
orietale tres hinc ⁊ tres i[illegible]
triũ: ⁊ mẽsura vna frontiũ ex [illegible]
Et mẽsus ẽ latitudinẽ [illegible]
cubitoꝝ. ⁊ lõgitudinẽ porte [illegible]
toꝝ. ⁊ mãginẽ an̄ thalamos [illegible]
cubit⁹ vnus finis vtriq̃. Thalami [illegible]
cubitoꝝ erãt hinc ⁊ inde. Et mẽsus [illegible]
tã a tecto thalami vsq̃ ad tectũ ei⁹ [illegible]
dinẽ vigitiq̃nq̃ cubitoꝝ [illegible]
fecit frõtes ꝑ sexagita cubitos. ⁊ ad [illegible]
atriũ porte vndiq̃ ꝑ circuitũ. ⁊ [illegible]
porte q̃ ptigebat vsq̃ ad faciẽ [illegible]
porte interioris q̃nq̃gita cubitos [illegible]
stras obliq̃s i thalamis ⁊ i frõtib⁹ [illegible]
erãt intra portã vndiq̃ ꝑ circuitu [illegible]
ãt erãt ⁊ i vestibulis fenestre ꝑ [illegible]
sec⁹. ⁊ an̄ frontes pictura palma[illegible]
Et eduxit me ad atriũ ext'i⁹. ⁊ ecce [illegible]
phila[illegible]. ⁊ pauimẽtũ stratũ lapide [illegible]
ꝑ circuitũ. Trigita gazophilatia [illegible]
tu pauimẽti. ⁊ pauimẽtũ i frõte porta[illegible]
lõgitudinẽ portaꝝ erat inferi⁹. Et mẽsus [illegible]
latitudinẽ a facie porte inferior[illegible]
frõtẽ atrij interioris extrinsec⁹: cẽtu [illegible]
tos ad oriẽtẽ ⁊ aq̃lonẽ. Porta [illegible]
ciebat viã aq̃lõis atrij exterior[illegible]
tã in lõgitudie q̃ꝫ in latitudie. ⁊ thalam[illegible]
ei⁹ tres hinc ⁊ tres inde: ⁊ frontẽ ei⁹ [illegible]
bulũ ei⁹ sm̃ mensurã porte [illegible]
ta cubitoꝝ lõgitudinẽ ei⁹: ⁊ latitudi[illegible]
gintiq̃nq̃ cubitoꝝ. Fenestre ãt ei⁹ [illegible]
bulũ ⁊ sculpture sm̃ mẽsuram porte [illegible]
spiciebat ad orientẽ. ⁊ septẽ gradu[illegible]
ascensus ei⁹. Et vestibulũ an̄ eã. ⁊ [illegible]
atrij interioris ꝯ portã aq̃lonis ⁊ [illegible]
Et mẽsus ẽ a porta vsq̃ ad portã [illegible]
cubitos. Et eduxit me ad viã austr[illegible]
ecce porta q̃ respiciebat ad austrũ. Et [illegible]
sus ẽ frontẽ ei⁹ ⁊ vestibulũ ei⁹ [illegible]
ras supiores. ⁊ fenestras ei⁹ ⁊ vestibul[illegible]
circuitu sicut fenestras ceteras [illegible]
bitoꝝ lõgitudine. ⁊ latitudinẽ [illegible]
cubitoꝝ. ⁊ in gradib⁹ septẽ [illegible]
eã. Et vestibulũ an̄ fores ei⁹. ⁊ cela[illegible]
me erãt vna hinc ⁊ alta inde in fr[illegible]
⁊ porta atrij interioris i via austral[illegible]
sus ẽ a porta vsq̃ ad portã in via [illegible]
li centũ cubitos. Et itroduxit me in [illegible]
interius ad portã australẽ: ⁊ mẽsus [illegible]

ad mēsuras supiores: thalamū e⁹ z fron
tē⁹ z vestibulū ei⁹ hisdē mēsuris. z fene
stras z vestibulum ei⁹ in circuitu qnq̄
ginta cubitos lōgitudis z latitudis viginti
qnq̄ cubitos: vestibulū ꝑ gyrū lōgitu
dinis viginti qnq̄ cubitoꝝ: z latitudie qnq̄
cubitoꝝ. Et vestibulū ei⁹ ad atriū exti⁹:
palmas ei⁹ in frōte: z octo gradus erant
qb⁹ ascēdebat ꝑ eū. Et introduxit me in
atrium interius ꝑ viā orientalē: z mēsus est
portā sc̄dm mēsuras supiores: thalamū ei⁹
z frontē ei⁹: z vestibulū ei⁹ sic s̄: z fenestras
ei⁹ z vestibula i circuitu lōgitudie qnqua
ginta cubitoꝝ z latitudine vigintiqnq̄ cu
bitoꝝ. vestibulū ei⁹ idest atrij exterioris z
palmulatio in frōte ei⁹ hinc z inde: z in
octo gradib⁹ ascēsus ei⁹. Et itroduxit me
ad portā q̄ respiciebat ad aqlonē. Et men
sus est sc̄dm mēsuras supiores thalamū ei⁹ z
frontē ei⁹ z vestibulū ei⁹ z fenestras ei⁹ ꝑ
circuitū lōgitudie qnq̄ginta cubitoꝝ z la
titudine vigintiqnq̄ cubitoꝝ: z vestibu
lū ei⁹ respiciebat ad atriū exti⁹ z celatura
palmaꝝ i frōte ei⁹ hinc z ide. z in octo gra
dibus ascēsus ei⁹: z ꝑ singula gazophilatia
ostium in frontib⁹ portaꝝ ibi lauabāt holocau
stū. Et i vestibulo porte due mēse hic z due
mēse inde: ut immolet s̄ eas holocaustū z ꝓ
peccato z delicto. Et ad lat⁹ exti⁹ qd ascē
dit ad ostiū porte q̄ ꝑgit ad aqlonē: due
mēse: z ad lat⁹ alteꝝ an vestibulū porte
due mēse. Quattuor mēse hic. z q̄tuor mē
se inde: ꝑ latera porte octo mēse erāt sup
quas immolabāt. Quattuor āt mēse ad holo
caustū de lapidib⁹ q̄dris extructe lōgitu
dine cubiti vni⁹ z dimidij. z latitudie cu
biti vni⁹ z dimidij. z altitudie cubiti vni
us: sup quas ponant vasa in qb⁹ imolat ho
locaustū z victima. Et labia earū palmi
vni⁹ reflexa intrinsec⁹ ꝑ circuitū. Sup
mensas aūt carnes oblatiōis. Et extra por
tā interiorē gazophylatia cantoꝝ i atrio
interiori qd erat in latere porte respiciē
tis ad aqlonē: z facies eoꝝ contra viā
australē. vna ex late porte orietalis: q̄ re
spiciebat ad viā aqlonis. Et dixit ad me.
Hoc ē gazophylaciū qd respicit viā meri
dianā sacerdotū q excubāt i custodijs tē
pli. Porro gazophylaciū qd respicit ad vi
am aquilonis sacerdotū erit q excubāt ad
ministeriū altaris. Isti sūt filij sadoch qui ac
set trãsiret ab eo hora. et dixit. Abba pat:
oia tibi possibilia st: trãsfer calicē hunc a
me. Sz nõ qđ ego uolo: sz qđ tu. Et uenit et
inuenit eos dormiētes. Et ait petro. Symō
dormis? Nõ potuisti una hora uigilar? Ui
gilate et orate: ut nõ intret i tētationem.
Sp̄us q̄dē pmpt⁹ ē: caro vo īfirma. Et iter
abiens orauit: eũdē smonē dicēs. Et reuer
sus denuo: inuēit eos dormiētes. Erant. n.
oculi eoꝝ grauati: et ignorabant qđ rñderēt ei.
Et venit tercio: et ait ill. Dormite iã: et regesci
te. Sufficit. Uēit hora: ecce fili⁹ hois tra
det i man⁹ peccoꝝ. Surgite eamus. Ecce q̄
me tradet ppe ē. Et adhuc eo loq̄nte: ue
nit iudas scarioth un⁹ de duodeci. et cũ
eo turba multa: cũ gladijs et lignis a sũmis
sacerdotib⁹ et scrib et seniorib⁹. Dederat aũt
traditor eis signũ dicēs. Quēcũq̄ oscula
t⁹ fuero ipse ē tenete eũ: et ducite caute. Et
cũ uenisset: statim accedēs ad eũ ait. Rab
bi. Et osculat⁹ ē eũ. At illi man⁹ iniecerũt in
ihm: et tenuerũt eũ. Un⁹ aũt q̄dã de circun
stãtib⁹ educēs gladiũ pcussit seruum sũmi
sacerdotis: et ãputauit illi auriculã. Et rñ
dēs ihs ait illis. Tanq̄ ad latronē existis cũ
gladijs et lignis cōphendē me. Quotidie
erã apud uos i tēplo docēs: et nõ me tenui
stis. Sz ut impleãt scripture. Tũc discipuli
ei⁹ relinquētes eũ oēs fugerũt. Adolescens
aũt q̄dã seq̄bat eũ amict⁹ syndone sup nudo
et tenuerũt eũ. At ille reiecta syndōe nu
dus pfugit ab eis. Et adduxerũt ihm ad
sũmũ sacerdotē. et cōuenerũt oēs sacerdo
tes et scribe et seniores. Petr⁹ aũt a lōge se
cut⁹ ē eũ usq̄ intro i atriũ sũmi sacerdotis
et sedebat cũ ministris ad ignē et calefacie
bat se. Sũmi vo sacerdotes et oē cōcilium
q̄rebãt aduersus iesũ testioniũ: ut eum
morti traderēt: nec inueniebãt. Multi aũt te
stimoniũ falsũ dicebãt aduersus eũ et cō
uenientia testimonia nõ erãt. Et q̄dã surgētes
falsũ testioniũ ferebãt aduersus eũ dicē
tes. Qm nos audiuim⁹ eũ dicētē. Ego dis
soluã tēplũ hoc mãufactũ. et p⁹ triduũ aliđ
nõ mãufactũ edificabo. Et nõ erat cōueniens
testioniũ illoꝝ. Exurgēs aũt sũm⁹ sacerdos
i mediũ interrogauit iesũ dicēs. Nõ rñdes
q̄cq̄ ad ea q̄ tibi obijciũt ab his? Ille aũt
tacebat: et nihil rñdit. Rursũ sũm⁹ sacer
dos interrogabat eũ. et dixit ei. Tu es xp̄us
fili⁹ dei bñdicti? Jhs aũt dixit illi. Ego sũ.
Et uidebitis filiũ hois sedētē a dextris virtutis
dei: et uenientē cũ nubib⁹ celi. Sũm⁹ aũt sa
cerdos scindētes uestimēta sua ait. Quid ad
huc desideram⁹ testes? Audistis blasphemiã
Quid uobis uidet? Qui oēs cōdēnauerũt eũ eē
reũ mortis. Et cepũt q̄dã cōspuē eũ et uelar
faciē ei⁹ et colaphis eũ cedē et dicē ei pphe
tiza. Et ministri alapis eũ cedebãt. Et cũ es
set petr⁹ i atrio deorsũ: uēit una ex ancill' sũ
mi sacerdotis: et cũ uidisset petrũ calefaciētē
se: aspiciēs illũ ait. Et tu cũ ihu nazareno
eras? At ille negauit dicēs. Neq̄ scio neq̄
noui qđ dicas. Et exijt foras añ atriũ et gal
l⁹ cãtauit. Rurs⁹ aũt cũ uidisset illũ ancilla
cepit dicē circũstãtib⁹: q̄z hic ex illis ē. At ille
iterũ negauit. Et post pusillũ rursus qui

astabāt dicebāt petro. Vere ex illꝭ es: nā et galileus es. Ille āt cepit anathematizare et iurare: qꝛ nescio hoīem istū quē dicitꝭ. Et statī gallus iterū cātauit. Et recordat̄ ē petrus verbi qḋ dixerat ei ihūs. Prius q̄ gallus cātet bis ter me negabis. Et cepit flere. XV

ET confestī māe cōsiliū faciētes sūmi sacerdotes cū seniorib9 et scribis et vniuerso cōcilio: vīciētes ihm̄ duxerūt et tradiderūt pilato. Et interrogauit eū pilatus. Tu es rex iudeorū? At ille rn̄dēs ait illi. Tu dicis. Et accusabāt eū sūmi sacerdotes ī multis. Pilatus āt rursū interrogauit eū dicēs. Nō rn̄des qc̄q̄? Vide in q̄tis te accusāt. Ihūs āt amplius nihil rn̄dit: ita ut miraret̄ pilatus. Per diē āt festū solebat dimittē illꝭ vnū ex vinctꝭ quēcūq̄ petissēt. Erat āt q dicebat̄ barrabas: q cū seditiosꝭ erat vinctus q ī seditiōe fecerat hōicidiū. Et cū ascēdisset turba: cepit rogare sicut sp̄ faciebat illis. Pilatus autē rn̄dit eis et dixit. Vultꝭ dimittā vobꝭ regē iudeorū? Sciebat enī q̄ p̄ īuidiā tradidissēt eū sūmi sacerdotes. Pōtifices āt cōcitauerūt turbā ut magis barabā dimittēt eis. Pilatus āt iterū rn̄dēs ait illꝭ. Quid ergo vultꝭ faciā regi iudeorū? At illi iterū clamauerūt. Crucifige eū. Pilatus vero dicebat illꝭ. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabāt: crucifige eū. Pilatus āt volēs p̄plo satisfacē dimisit illꝭ barabā: et tradidit ihm̄ flagellis cesū ut crucifigerēt. Milites āt duxerūt eū ī atriū p̄torij et cōuocāt totā cohortē: et induūt eū purpura. et īponūt ei plectētes spineā coronā. et ceperunt salutare eū. Aue rex iudeorū. Et p̄cutiebāt caput eius arūdie. et cōspuebāt eū: et ponētes gēua adorabāt eū. Et postq̄ illuserūt ei exuerūt illū purpura. et induerūt eū vestimentꝭ suis et educūt illū ut crucifigerēt eū. Et angariauerūt p̄tereūtē quēpiā symonē cyreneū veniētē de villa p̄rē alexādri et rufi: ut tollēt crucē eius. Et p̄ducūt illū ī golgotha locū qḋ ē interp̄tatū caluarie locus. Et dabāt ei bibē myrrhatū vinū. et nō accepit. Et crucifigētes eū diuiserūt vestimēta eius: mittētes sortē sr̄ eis quis qd tollēt. Erat āt hora tertia. et crucifixerūt eū. Et erat titulus cause eius īscriptus: rex iudeorū. Et cū eo crucifigūt duos latrones: vnū a dextris et aliū a sinistris eius. Et ipleta ē scriptura q̄ dicit. Et cū inīqs reputatus est. Et p̄tereūtes blasphemabāt eū mouētes capita sua et dicētes. Vah q destruis templ[...] dei: et ī trib9 dieb9 reedificas. Saluum fac temetipsū descēdēs de cruce. Sil' et sū[...] sacerdotes illudētes ad alterū cū scrib[...] dicebāt. Alios saluos fecit: seipsū nō pōt [...] uū facē. Xp̄us rex isrl̄: descēdat nūc d[e] cru[...] ce: ut videam9 et credam9. Et q cū eo cru[...] cifixi erāt cōuitiabāt ei. Et sc̄a hora sexta [...] tenebre facte sūt p̄ totā terrā vsq̄ ī horā [...] nā. Et hora nona exclamauit ihūs voce magna dicēs. Heloy. Heloy: lamazabat[...] ni. Qḋ ē interp̄tatū. De9 me9: de9 me9 ut q[...] dereliq̄sti me? Et qdā de circūstātib9 a[u]diētes dicebāt. Ecce heliā vocat. Curre[ns] [a]ūt vn9 et iplēs spōgiā aceto: circūpone[ns] calamo: potū dabat ei dicēs. Sinite v[ide]am9 si veniat helias ad deponēdū eū. Ih[us] āt emissa voce magna expirauit. Et velū [tem]pli scissū ē ī duo: a sūmo vsq̄ deorsū. V[i]dēs āt cēturio q ex aduerso stabat: qꝛ [sic] clamās expirasset: ait. Vere hic hō filius d[ei] erat. Erāt āt et mlieres de lōge aspiciente[s] īnt̄ q̄s erat maria magdalene. et maria [ia]cobi minoris. et ioseph mr̄. et salome: et cū e[ss][et] ī galilea seq̄bant̄ eū et mīstrabāt ei. et al[ie] mlt̄e q̄ simꝭ cū eo ascēderāt hierosolyma[m]. Et cū iā sero eēt factū: qꝛ erat parasceue q[uod] ē ante sabbatū. venit ioseph ab arimathia n[o]bilis decurio. q et ip̄e erat expectās regnū [dei]. Et audacter introiuit ad pilatū: et petijt co[r]pus ihū. Pilatus āt mirabat̄ si iā obisset. [Et] accersito cēturiōe: interrogauit eū si iā m[or]tuus eēt. Et cū cognouisset a cēturiōe: dōn[auit] corpus ioseph. Ioseph āt mercatus syndon[em] et deponēs eū inuoluit syndōe: et posuit e[um] ī monumēto qḋ erat excisū de petra. et a[d]uoluit lapidē ad ostiū monumēti. Maria āt magdalene et maria ioseph aspiciebā[t] vbi poneretur. XVI

ET cū trāsisset sabbatū: maria ma[...]gdalene et maria iacobi et salom[e] emerūt aromata: ut veniētes vngerēt ih[m]. Et valde māe vna sabbatorū veniunt ad monumētū: orto iā sole. Et dicebāt ad in[vi]cē. Quis reuoluet nobꝭ lapidē ab ostio mo[nu]mēti? Et respiciētes viderūt reuolut[um] lapidē. Erat q̄ppe magnus valde. Et intro[e]untes ī monumētū viderūt iuuenē sedē[n]tē ī dextris coopertū stola cādida: et obstu[pue]runt. Qui dicit illis. Nolite expauesce[re]. Ihesū q̄ritꝭ nazarenū crucifixū: surrexit: nō ē hic. Ecce locus: vbi posuerūt eū. Sed

dicite discipulis ei⁹ ꝛ petro: qꝛ ꝓcedet
vos in galileā. Ibi eū videbitis sicͭ dixit
vobis. At ille exeuntes fugerunt de monu
mento. Inuaserat .n. eas tremor ꝛ pauor:
et nemini quicq̄ dixerūt. Timebant .n. Sur
gens aūt ihs mane pͥma sabbati apparuit
primo marie magdalene de qua eiecerat sep
tem demonia. Illa vadēs nūciauit his q cū
eo fuerant lugētib⁹ ꝛ flentib⁹. ꝛ illi audiē
tes q viueret: ꝛ visus eēt ab ea: nō credi
derūt. Post hec aūt duob⁹ ex his ābulātib⁹
ostensus ē i alia effigie eūtib⁹ in villā: ꝛ illi
euntes nūciauerunt ceteris: nec illis credi
derūt. Nouissime aūt recūbētib⁹ illis vn
decim apparuit. ꝛ exprobrauit icredulita
tem eoꝝ ꝛ duriciā cordis: qꝛ his q viderant
eum resurrexisse nō crediderūt. Et dixit eis
Euntes i mūdū vniuersū: ꝑdicate euāge
lium oī creature. Qui crediderit ꝛ baptiza
tus fuerit saluꝰ erit: q vero nō crediderit cō
dēpnabitur. Signa aūt eos q crediderit hec
sequent. In noīe meo demōia eyciēt: lin
guis loquenf nouis: serpētes tollent. Et si
mortiferū q̄d biberit: nō eis nocebit. Sup
egros man⁹ iponēt. ꝛ bn̄ hēbunt. Et dn̄s q
dem ihs postq̄ locut⁹ est eis. assūpt⁹ ē in ce
lum: ꝛ sedet a dextris dei. Illi aūt ꝓfecti ꝑ
dicauerunt vbiq̄: dn̄o coopante. ꝛ sermo
nem cōfirmante. sequentibus signis.

Explicit euangelium scḋm marcum.
Incipit prefatio beati hieronymi
presbyteri in euangeliū scḋm lucam

Lucas syrus natione antiocen
sis. arte medic⁹. discipul⁹ aplo
rū postea paulū secutus vsq̄
ad ɔsumatōēꝫ ei⁹ seruiēs dn̄o
sine crimine. Nam neq̄ vxo
rem vnq̄ habens neq̄ filios: septuaginta ꝛ
quatuor annoꝝ obyt in bithynia. plenus
spiritu sancto. Qui cum iā scripta eēnt euange
lia per matheū qdem in iudea. per marcuꝫ
aūt in italia: scō instigante spū i achaie p
tibus hoc scripsit euangeliū: significās etiā
ipse in pͥncipio añ suū alia eē descripta. Cui
extra ea q ordo euāgelice dispositōnis expo
scit. ea maxie necītas laboris fuit: ut pͥmū
grecis fidelib⁹ oī ꝓphetatione vēturi i car
nem dei xp̄i māifestata hūanitate: ne iudai
cis fabulis attēti. i solo legis desiderio te
nerentur: vel ne hereticis fabulis ꝛ stultis
sollicitatōīb⁹ seducti exciderēt a ṽitate:
elaboraret: dehinc vt i pͥncipio euangely
iohānis natiuitate presumpta. cui euāge
liū scriberet. ꝛ in quo electus scriberet in
dicaret. ɔtestās in se ɔpleta esse: que eēnt
ab alys ichoata. Cui ideo post baptismū
fily dei a perfectione gnātionis in christo
iplete. repetende a pͥncipio natiuitatꝭ hu
mane potestas ꝑmissa ē: vt requirētib⁹
demonstraret in q̄ apprehendens erat ꝑ
nathan filium dauid introitu recurrentꝭ
in deū gnātōnis admisso: indisꝑabilis dei
ꝑdicans in hoībus xp̄m suum. ꝑfecti opus
hominis redire i se ꝑ filium faceret: qui ꝑ
dauid p̄rem venientib⁹ iter ꝑbebat i xp̄o
Cui luce non imerito etiam scribendoꝛuꝫ
actuū aploꝝ p̄tās i misterio datur: ut deo
in deū pleno. ꝛ filio ꝑditiōis extincto: ora
tione ab aplis facta: sorte dn̄i electiōis nu
mer⁹ ɔpleret. Sicq̄ paulus ɔsumationē
aplicis actib⁹ daret. quē diu ɔ̄ stimulum
recalcitrātēꝫ dn̄s elegisset. Qḋ ꝛ legētib⁹
ac reqrētib⁹ deū. ꝛ si ꝑ singula expediri a
nobis vtile fuerat. sciens tn̄ q̄ opantem
agricolam oporteat pͥmū de fructib⁹ suis
edere: vitauimus publicā curiositatē: ne
non tā volentibus deū demonstrare vide
remur q̄̄ fastidientibus ꝓdidisse.

Explicit prefatio hieronymi. Inci
pit prohemium beati Luce in euan
gelium suum.

Quoniā qdem multi conati sunt or
dinare narrationes que in nobꝭ cō
plete sunt reꝝ. sicͭ tradiderūt nobis
qui ab initio ipsi viderūt. ꝛ ministri fuerūt
sermonis: visum est ꝛ mihi assecuto oīa a
pͥncipio diligenter ex ordie tibi scribere op
time theophile: vt cognoscas eoꝝ ṽboꝝū
de quibus eruditus es ṽitatem.

Incipit euangeliū scḋm Lucā. Capl̄m I

Fuit in diebus herodis
regis iudee. sacerdos qdā no
mine zacharias de vice abia
ꝛ vxor illi⁹ de filiab⁹ aaron. ꝛ
nomen ei⁹ elisabeth. Erant aūt iusti ābo
añ deū: incedētes in oībus mandatis ꝛ iu
stificatōīb⁹ dn̄i sine querela. Et nō erat il
lis fili⁹. eo q̄ esset elisabeth sterilis. ꝛ ābo
ꝓcessissent in dieb⁹ suis. Factū ē aūt cuꝫ
sacerdotio fungeref zacharias in ordine
vicis sue añ deū: scḋm ɔsuetudineꝫ sacer
doty sorte exyt vt incensum poneret in
gressus in templuꝫ dn̄i. Et oīs multitudo
ppl̄i erat orans foris hora incensi. Appuit
aūt illi āgelus dn̄i stans a dextris altaris

ncēsi. Et zacharias turbat⁹ est vidēs. ⁊ ti
mor irruit sup eū. Ait aūt ad illū āgelus
Ne timeas zacharias: qm̄ exaudita ē depca
tio tua. Et vxor tua elisabeth pariet tibi
filiū: ⁊ vocabis nomen ei⁹ ioannem: ⁊ erit
gaudiū tibi ⁊ exultatio: ⁊ mlti i ei⁹ natiuita
te gaudebūt. Erit. n. magn⁹ corā dn̄o: ⁊ vi
nū ⁊ siceram non bibet. Et sp̄u scō replebit
adhuc ex vtero m̄ris sue: ⁊ mltos filioꝝ is
rael ꝯuertet ad dn̄m deū ipoꝝ. Et ipe pce
det an̄ illū i sp̄u ⁊ ꝟtute helie: vt ꝯuertat
corda prꝫ i filios. ⁊ icredulos ad prudēti
am iustoꝝ: pare dn̄o plebē pfectā. Et dixit
zacharias ad āgelū. Vn̄ h scia? Ego. n. sum
senex: ⁊ vxor mea pcessit i dieb⁹ suis. Et
rn̄dēs āgls dixit ei. Ego sū gabriel q asto
an̄ deū. ⁊ missus sū loq ad te ⁊ h tibi euā-
gelizare. Et ecce eris tacēs ⁊ nō poteris loq
vsq i diē q h fiāt: p eo q n̄ credidisti ꝟbis
meis q iplebūt i tp̄e suo. Et erat plebs ex-
pectās zachariā. ⁊ mirabāt q tardaret ip
se i tēplo. Egressus aūt nō poterat loq ad
illos. Et cognouerūt q visionē vidissꝫ i tēplo
Et ipe erat innuēs illis: ⁊ pmāsit mut⁹. Et
factū ē vt ipleti sūt dies officij ei⁹ abijt i
domū suā. Post hos aūt dies ꝯcepit elisa
beth vxor ei⁹: ⁊ occultabat se mēsib⁹ qn-
q dicens. Quia sic fecit mihi dn̄s in dieb⁹
qb⁹ respexit auferre opprobriū meū int
hoies. In mēse aūt sexto missus ē angel⁹
gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē
nazareth ad ꝟginē desponsatā viro cui no-
mē erāt ioseph d domo dd. ⁊ nomē ꝟginis
maria. Et igressus āgelus ad eā dixit. Aue
gr̄a plena: dn̄s tecū bn̄dicta tu in mulieri
b⁹. Que cū audisset turbata ē in ꝟmōe ei⁹
⁊ cogitabat qlis esset ista salutatio. Et ait
āgel⁹ ei. Ne timeas maria: iuenisti. n. gra
tiā apd deū. Ecce ꝯcipies i vtero ⁊ paries
filiū. ⁊ vocab nomē ei⁹ ihm. Hic erit ma-
gn⁹ ⁊ filius altissimi vocabit. Et dabit illi
dn̄s de⁹ sedē dauid pr̄is ei⁹. ⁊ regnabit in
domo iacob i eternū. ⁊ regni ei⁹ nō erit fi-
nis. Dixit autē maria ad angelū. Qm̄o fiet
istd: qm̄ virū nō cognosco? Et rn̄dens āgel⁹
dixit ei. Sp̄s scūs supueniet in te. ⁊ ꝟtus
altissimi obūbrabit tibi. Ideoq ⁊ qd na-
scet ex te scm̄ vocabit fili⁹ dei. Et ecce eli
sabeth cognata tua. ⁊ ipa ꝯcepit filiū i se
nectute sua. Et h mensis ē sext⁹ illi. q vo-
cat sterilis: q: nō erit ipossibile apd deū oē
ꝟbū. Dixit aūt maria. Ecce āncilla dn̄i: fiat

mihi sm̄ ꝟbū tuū. Et discessit ab illa ā[ge]
lus. Exurgēs aūt maria i dieb⁹ illis a[biit]
i mōtana cū festinatione in ciuitatē [iuda]
⁊ intrauit i domū zacharie ⁊ salutau[it eli]
sabeth. Et fcm̄ ē vt audiuit salutation[em]
marie elisabeth: exultauit infans in [vtero]
ei⁹. Et repleta ē sp̄u scō elisabeth: ⁊ ex[cla]
mauit voce magna ⁊ dixit. Benedic[ta tu]
inter mulieres: ⁊ bn̄dict⁹ fruct⁹ vētris [tui]
Et vnde hoc mihi: vt veniat m̄r dn̄i m[ei]
ad me? Ecce. n. vt fcā ē vox salutatōis [tue]
i aurib⁹ meis: exultauit i gaudio infan[s i]
vtero meo. Et btā q credidisti: qm̄ pfic[ient]
ea q dcā sunt tibi a dn̄o. Et ait maria. M[a]
gnificat aia mea dn̄m. Et exultauit sp̄[s]
me⁹ i deo salutari meo. Quia respexit [hu]
militatē āncille sue. ecce. n. ex hoc btā[m]
dicēt oēs gnātiones. Quia fecit mihi [ma]
gna q potens ē. ⁊ scm̄ nomē ei⁹. Et mia [ei⁹]
in pgenie ⁊ pgenies: timentib⁹ eū. Fe[cit]
potētiā in brachio suo: dispsit supbos [mē]
te cordis sui. Deposuit potētes de sed[e ⁊]
exaltauit hūiles. Esurietes ipleuit bo[nis]
⁊ diuites dimisit inanes. Suscepit isr[ael pu]
erū suū memorari mīe sue. Sic locut⁹ [est]
ad pr̄es nr̄os abraham. ⁊ semini ei⁹ in se[cu]
la. Māsit āt maria cū illa q̄i mēsib⁹ [tri]
⁊ reuersa ē in domū suā. Elisabet āt ip[le]
tū ē tp̄s pariēdi. ⁊ pepit filiū. Et aud[ie]
runt vicini ⁊ cognati eius. q: magnificauit [dn̄s]
miam suā cū illa: ⁊ ꝯgratulabāt ei. Et f[ac]
tū ē i die octauo venerūt circūcidere pue[rū]
⁊ vocabāt eū noie pr̄is sui zachariā. Et [respō]
dēs m̄r ei⁹ dixit. Nequaq; s; vocabit io[an]
nes. Et dixerūt ad illā. Quia nemo ē i [co]
gnatōe tua q vocet hoc noie. Innueba[nt]
āt pr̄i eius: quē vellet vocari eū. Et po[stu]
lās pugillarē scripsit dicēs. ioānes ē no[mē]
ei⁹. Et mirati sūt vniuersi. Apertū ē a[ūt ilī]
co os eius ⁊ lingua ei⁹. ⁊ loqbat bn̄dic[ens]
deū. Et fact⁹ ē timor sr̄ oēs vicinos eo[rū]
sup oia mōtana iudee diuulgabāt oia [ver]
ba hec. ⁊ posuerūt oēs q audierūt i co[rde]
suo dicētes. Quis putas puer iste erit [et]
eni man⁹ dn̄i erat cū illo. Et zacharias [pr̄]
ei⁹ replet⁹ ē sp̄u scō: ⁊ pphauit dicēs. B[n̄]
dict⁹ dn̄s de⁹ isrl: q: visitauit ⁊ fecit re[dē]
ptōem pleb sue. Et erexit cornu salut[is n̄]
bis i domo dauid pueri sui. Sic locut⁹ [ē]
p os scōꝝ q a seculo sunt pphāꝝ eius. [Sa]
lutē ex inimicis nr̄is. ⁊ de manu oiu[m qui]
oderūt nos. Ad faciendā miam cum pr̄[ibus]

et memorari testi sui sci. Iusiurãdu3
quod iuravit ad abrahã prēm nrm datur3 se
nob. Ut sine timore de manu inimicoru3
nrorum liberati serviam' illi. In scitate z iu
sticia corã ipo oib' dieb' nris. Et tu puer
ppheta altissimi vocaberis. preibis .n. añ
faciē dñi parare vias ei'. Ad dandã sciã3
salutis plebi ei'. i remissionē pccor3 eoru3
per viscera mie dei nri: i quib' visitavit
nos oriēs ex alto. Illuminare his q i tene
bris z umbra mortē sedēt: ad dirigendos
pedes nros i viã pacis. Puer āt crescebat
z confortabaf spū. z erat i desertē usq; i die3
ostensionis sue ad isrl. II
Factū ē āt i dieb' illis. exijt edictū a
cesare augusto: ut describeref uni
versus orb. Hec ōscriptō pma fcã
ē a pside syrie cyrio. Et ibāt oēs ut pfite
rent singuli i suã civitatē. Ascendit aūt et
ioseph a galilea de civitate nazareth i iu
deã civitatē david q vocaf bethleez. eo q
esset de domo z familia dd: ut pfiteref cū
maria despōsata sibi uxore pgnāte. Factū
est aūt cū ēēnt ibi. ipleti sūt dief ut parēt. Et
peperit filiū suū pgenitū. z pānis eum ivol
vit z reclinavit eū i psepio: q2 non erat ei
loc' i diversorio. Et pastores erāt i regio
ne eadē vigilātes: z custodiētes vigilias
noctis sup gregē suū. Et ecce āgelus dñi ste
tit iuxta illos. z claritas dei circūfulsit illos
z timuerūt timore magno. Et dixit ilf an
gelus. Nolite timē. Ecce .n. evāgelizo vo
bis gaudiū magnū qd erit oi pplo: q2 na
tus ē vob hodie salvator q ē xps dñs. i ci
vitate dd. Et hoc vob signū. Invenietf in
fantē pānis ivolutū: z positū est i psepio.
Et subito fcã ē cū angelo multitudo mili
cie celestis: laudātiū deū z dicētiū. Gl'ia i
altissimis deo. z in tra pax hoib' bone vo
luntatis. Et fcm ē ut discesserūt ab eis āgeli
i celū. pastoref loquebāf ad invicē. Trāsea
mus usq; bethleē: z videam' hoc vbum
qd fcm ē qd fec dñs z ondit nob. Et vene
runt festinātes. z ivenerūt mariā z ioseph
z infantē positū i psepio. Videntes āt cogno
verūt de vbo. qd dictū erat illis d puero
hoc. Et oēs q audierūt mirati sūt. z de his
que dicta erāt a pastorib' ad ipos. Maria āt
conservabat oia vba h: ōferēs in corde suo.
Et reversi st pastores glficātes z laudan
tes deū in oib' q audierāt z viderāt: sic di
ctū ē ad illos. Et postq̄ cōsūmati sūt dies

octo: ut circūcidef puer: vocatū ē nomē
ei' ihs. Qd vocatu3 ē ab angelo pusq̄ in
utero ōcipef. Et postq̄ ipleti st dies purga
tōis ei' s3 legē moysi tulerūt illū i irl3. ut
sisterēt eū dño: sic scriptū ē i lege dñi. Qz
oē masculinū adapiēs vulvā scm dño vo
cabif. Et ut darēt hostia3 s3 qd dcz ē i lege
dñi: par turtur3 aut duos pullos colūbarū
Et ecce hō erat i irlm cui nomē symeō. Et
hō iste iust' z timorat' expectās ōsolatio
nē isrl: z spūs scūs erat i eo. Et rnsu3 acce
pat a spū scō. n visur3 se mortem: nisi pus
vidēt xp3 dñi. Et venit i spū i tēplū. Et cū
iducerēt puer3 ihm pentes ei'. ut facerēt
s3 ōsuetudinē legis p eo. z ipe accepit eū
i ulnas suas z bndixit deū z dixit. Nūc di
mittis svū tuū dñe s3 vbū tuū in pace. Qz
viderūt oculi mei salutare tuū. Qd parasti
añ faciē oiu3 pplor3. Lumen ad revelatio
nē gētiū z gl'ia3 pleb tue isrl. Et erat pf ei'
z mf ei' mirātes sup his q dicebāf de illo
Et bndixit illis symeō. z dixit ad mariam
mre3 ei'. Ecce posit' ē h i ruinā. z i resurre
ctōe3 mltor3 i isrl. z in signū cui ōdicef. Et
tuā ipi' aia3 ptrāsibit gladi'. ut revelenf
ex mltis cordib' cogitatōes. Et erat āna p
phetissa filia phanuel de tribu aser. h p
cesserat i dieb' mltis z vixerat cū viro suo
ānis septē a vgīitate sua Et h vidua usq;
ad ānos octogītaq̄tuor q n discedebat de
tēplo ieiunijs z obsecratōib' sviēs nocte
ac die. Et h ipa hora supveniens ōfitebaf
dño. z loqbaf de illo oib' q expectabāt re
dēptōe3 isrl. Et ut pfecerūt oia s3 legē dñi
reversi st i galileā i civitatē suā nazareth
Puer āt crescebat z ōfortabaf plen' sapi
ētia. z gra dei erat i illo. Et ibant pentes
ei' p oēs ānos i irl3 i die solenni pasce. Et
cū fact' eēt ānor3 duodeci. ascēdētib' illis
i hierosolymā s3 ōsuetudinē diei festi cō
sūmatisq; dieb' cū redirēt. remāsit puer
ihs i irl3. z n cognovit pentes ei'. Existimā
tes āt illū eē i comitatu: venerūt iter diei
z regrebāt eū int cognatos z notos. Et nō
invenientes regressi st i irl3: regrētes eū. Et
fcm ē p' triduū ivenerūt illū i tēplo sedē
tem in medio doctorum: audientem illos
z interrogantem eos. Stupebant autem
oēs q eum audiebāt sup prudētia z rnsis
ei'. Et vidētes admirati sūt. Et dixit mf ei'
ad illū. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pf
tuus z ego dolentes qrebamus te. Et ait

ad illos Quid ē q me querebatis? Nescie
batis: qz i his q̄ pris mei sūt oportȝ me eē?
Et ipi nō itellexerūt v̄buȝ qđ locut⁹ ē ad
eos. Et descēdit cū eis. ꝛ venit nazareth: ꝛ
erat subdit⁹ illis. Et mr̄ ei⁹ ↄseruabat oīa
v̄ba hec in corde suo. Et ihesus ꝓficiebat
sapia ꝛ etate ꝛ grā apud deū ꝛ hoīes. III
Anno āt qndecimo ipij tyberij cesa
ris ꝓcurāte pontio pilato iudeā: te
trarcha aūt galilee herode. philip
po aūt frē ei⁹ tetrarcha ituree ꝛ traconiti
dis regiōis ꝛ lysania abiline tetrarcha sb̄
ꝑncibib⁹ sacerdotū anna ꝛ caypha: fcm̄ ē
v̄bū dn̄i sup ioannē zacharie filiū in dese
to. Et venit in oēm regionē iordanis ꝑdi
cans baptismū pnīe in remissionē pcc̄oꝝ
sic̄ scriptū ē in libro s̄monū ysaie ꝓphete
Vox clamātis in deserto parare viā dn̄i: re
ctas facite semitas ei⁹. Oīs vallis iplebi
tur. ꝛ oīs mōs ꝛ collis hūiliabit̄. Et erunt
praua i directa ꝛ asꝑa i vias planas. ꝛ vi
debit oīs caro salutare dei. Dicebat ꝫ ad
turbas q̄ exibāt ut baptizarētur ab ipso.
Genimina vipaꝝ: qs ostēdet vob̄ fugere a
ventura ira? Facite ꝫ fruct⁹ dignos pnīe:
ꝛ ne cepitis dicē pfem hēm⁹ abrahā. Di
co. n. vob̄: qz potēs ē de⁹ de lapidib⁹ istis
suscitare filios abrahe. Jā. n. securis ad ra
dicē arboris posita ē. Oīs ꝫ arbor nō faci
ens fructū bonū excidet̄. ꝛ in ignē mittet̄
Et iterrogabāt eū turbe dicētes. Quid ꝫ
faciem⁹? Rn̄dēs aūt dicebat illis. Qui hȝ
duas tunicas det nō habenti. ꝛ q hȝ escas
silr̄ faciat. Venerūt aūt ꝛ publicani vt ba
ptizarent̄. ꝛ dixerūt ad illū. Magr̄ qđ faci
mus? At ille dixit ad eos. Nihil ampli⁹ q̄
qđ ↄstitutum est vobis faciatis. Jnteroga
bāt aūt eū ꝛ milites dicētes. Quid facie
mus ꝛ nos? Et ait illis. Neminē ↄcutiatis
nq̄ calūniā faciatis. ꝛ ↄtēti estote stipēdijs
v̄ris. Existimāte aūt pplo ꝛ cogitantib⁹ oī
b⁹ i cordib⁹ suis de ioanne. ne forte ipe eēt
xp̄s: rn̄dit ioannes dicēs oīb⁹. Ego qdem
aq̄ baptizo vos: veniet aūt fortior. cui⁹ n̄
sū dign⁹ soluē corrigiā calciamētoꝝ eius
ipe vos baptizabit i spū scō ꝛ igni. Cuius
vētilabꝝ i manu ei⁹. ꝛ purgabit areā suā:
ꝛ ↄgregabit triticū i horreū suum: paleas
āt ↄburet igni iextinguibili. Multa qdeȝ
ꝛ alia exhortās euāgelizabit pplō. Hero
des āt tetrarcha cū corriperet̄ ab illo de he
rodiade vxore fris sui. ꝛ de oīb⁹ malis q̄ fe
cit herodes adiecit ꝛ hoc sr̄ oīa. ꝛ iclusit
ioannē i carcerē. Factū ē aūt cū baptizar
oīs pplūs ꝛ ihesu baptizato ꝛ orāte: ap
celū. ꝛ descēdit spūs scūs corpali spē sic
colūba i ipȝ. ꝛ vox d̄ celo fcā ē. Tu es fi
me⁹ dilect⁹. i te ↄplacuit mihi. Et ipe i
erat icipiēs q̄si annoꝝ triginta vt putab
tur fili⁹ ioseph. q fuit heli. q fuit math
q fuit leui. q fuit melchi. q fuit iane. q
it ioseph. q fuit mathathie. q fuit amos
fuit naum. q fuit hesli. q fuit nage. q fu
maath. q fuit mathathie. q fuit semei.
fuit ioseph. q fuit iuda. q fuit ioanna.
fuit resa. q fuit zorobabel. q fuit salath
el. q fuit neri. q fuit melchi. q fuit addi.
fuit thosan. q fuit helmadā. q fuit her.
fuit ihesu. q fuit heliezer. q fuit iorij. q
it mathat. q fuit leui. q fuit symeō. q
iuda q fuit ioseph. q fuit iona. q fuit heli
chi. q fuit melcha. q fuit mēna. q fuit m
thatha. q fuit nathan. q fuit dd̄. q fuit ie
se. q fuit obeth. q fuit booȝ. q fuit salmo
q fuit naason. q fuit aminadab. q fuit ar
q fuit esrom. q fuit phares. q fuit iude
fuit iacob. q fuit ysaac. q fuit abrahe. q
fuit thare. q fuit nachor. q fuit saruch.
fuit ragau. q fuit phalech. q fuit heber.
fuit sale. q fuit chaynā. q fuit arphaxat.
fuit sem. q fuit noe. q fuit lamech. q fu
mathusale. q fuit enoch. q fuit iareth.
fuit malaleel. q fuit chaynā. q fuit eno
q fuit seth. q fuit adā. q fuit dei. IIII
Ihesus aūt plen⁹ spū scō regress
ē a iordane. ꝛ agebat̄ in spū i dese
to dieb⁹ q̄draginta: ꝛ tētabat̄ a dia
bolo. Et nihil mādūcauit i dieb⁹ illis ꝛ c
summatis illis esuriȝt. Dixit aūt illi diabol
Si fili⁹ dei es: dic lapidi huic vt panis fi
at. Et rn̄dit ad illū ihesus. Scriptū ē q
in pane solo viuit hō: sȝ in oī v̄bo dei. E
duxit illū diabol⁹ ꝛ ostēdit illi oīa regna o
bis ťre i momēto tp̄is. ꝛ ait illi. Tibi dab
ptātes hāc vniuersaȝ ꝛ glāȝ illoꝝ: qz mi
tradita sūt: ꝛ cui volo do illa. Tu ꝫ proci
dēs si adoraueris corā me: erūt tua oīa. E
rn̄dēs ihesus dixit illi. Scriptū ē. Dn̄ȝ de
tuū adorab. ꝛ illi soli s̄uies. Et duxit illū
ierlm. ꝛ statuit eū sr̄ pinnā tēpli. ꝛ dixit illi
Si fili⁹ dei es: mitte te hinc deorsū. Scri
ptū ē. n. q angelis suis mādauit de te. v
ↄseruēt te. ꝛ qz i manib⁹ tollēt te. ne forte
offendas ad lapidē pedē tuū. Et rn̄dēs ih

est dictū ē. Nō tētabis dn̄z deū tuū. Et
cōsumata oī tētatōe: diabol' recessit ab il
lo vsq̄ ad tp̄s. Et egressus ē ihus i ꝟtute
spūs i galileā: ꝛ fama exijt p vniuersā re
giōē d' illo. Et ip̄e docebat i synagogis eoꝝ
ꝛ magnificabať ab oib'. Et vēit nazaret
vbi erat nutrit': ꝛ itrauit ſꝫ ꝯsuetudinem
suā die sabbati i synagogā: ꝛ surrexit legē
Et tradit' est illi liber isaie pp̄he. Et vt re
uoluit libꝝ: iuenit locū vbi scriptū erat.
Sp̄s dn̄i sr̄ me. pp qđ vnxit me: euāgeli
zare paupib' misit me: sanare ꝯtritos cor
de: p̄dicare captiuis remissionē: ꝛ cecis visū:
dimittere ꝯfractos i remissionē: p̄dicare an
nū dn̄i acceptū: ꝛ diē retributiōis. Et cū pli
cuisset libꝝ: reddidit ministro ꝛ sedit. Et oīuz
i synagoga ocl'i erāt itēdentes i eū. Cepit
aūt dicere ad illos: q2 hodie iplēta ē h' scriptu
ra i aurib' vr̄is. Et oēs testimoniū illi da
bant: ꝛ mirabāt i ꝟbis gr̄e q̄ p̄cedebant de
ore ip'. ꝛ dicebāt. Nōne h' ē fili' ioseph?
Et ait. Vtiq̄ diceť mihi hāc similitudinē
Medice cura teip̄m. Quāta audiuim' fcā
i capharnaū: fac ꝛ h' i patria tua. Ait aūt.
Amē dico vob': q2 nemo pp̄ha accept' ē i
patria sua. In ꝟitate dico vobis: multe vi
due erāt i dieb' helie i isrl' qñ clausū ē ce
lum annis trib' ꝛ mēsib' sex cū fcā eēt fames
magna i oī fra: ꝛ ad nullā illaꝝ missus ē heli
as nisi i sarepta sidonie ad mulierē viduā
Et multi leprosi erāt i isrl' sb helisco pp̄ha
ꝛ nemo eoꝝ mūdat' ē nisi naamā syr'. Et
repleti st̄ oēs i synagoga ira hec audiētes
Et surrexerūt ꝛ eiecerūt illū ex̄ ciuitateꝫ
ꝛ duxerūt illū vsq̄ ad supciliū mōt. sup
quē ciuitas illoꝝ erat edificata: ut p̄cipita
rēt eū. Ip̄e aūt trāsiēs p mediū illoꝝ ibat.
Et descēdit i capharnaū ciuitatē galilee:
ꝛ ibi docebat illos sabbať. Et stupebāt i
doctrina ei': q2 i ptāte erat s'mo ip̄i'. Et i
synagoga erat hō hn̄s demoniū imūdū:
ꝛ exclamauit voce mag̃ dicens. Sine: qđ
nob' ꝛ tibi ihū nazarene? Venisti pdē nos
Scio te q̄ sis scūs dei. Et icrepauit illum
ih's dicēs. Obmutesce: ꝛ exi ab eo. Et cū
piecisset illū demōiū i mediū exiit ab illo:
nihilq̄ illū nocuit. Et fact' ē pauor i oib'
ꝛ colloq̄bāť ad inuicē dicētes. Qđ est hoc
q2 i ptāte ꝛ ꝟtute ipat imūdis spiri
tib' ꝛ exeūt? Et diuulgabať fama de illo
in oēm locū regiōis. Surgēs aūt ihs de syna
goga: itrauit in domū symōis. Socrus aūt
symōis tenebať magnis febribus: ꝛ roga
uerūt illū p ea. Et stās sup illā ipauit fe
bri: ꝛ dimisit illā: ꝛ ꝯtinuo surgens mistra
bat ill'. Cū aūt sol occidisset: oēs q hēbāt in
firmos varijs lāguorib' ducebāt illos ad
eū: at ille singul' man' iponēs curabat eos
Exibant aūt demōia a mlť clamātia ꝛ dicē
tia: q2 tu es fili' dei. Et icrepās nō sinebat
ea loq: q2 sciebāt ip̄z eē xp̄m. Fcā aūt die
egressus ibat i desertū locū: ꝛ turbe regre
bāt eū. ꝛ venerūt vsq̄ ad ip̄z. ꝛ detinebāt
illū ne discederet ab eis. Quibus ille ait.
Q2 ꝛ alijs ciuitatib' opꝫ me euāgelizare
regnū dei: q2 iō missus sū. Et erat p̄dicās
i synagogis galilee.

V

FActū ē aūt cū turbe irruerēt i eū vt
audirēt ꝟbū dei: ꝛ ipse stabat sec'
stagnū genezareth. Et vidit duas
naues stātes sec' stagnū. piscatores aūt de
scēderāt ꝛ lauabāt retia. Ascēdēs aūt i vnā
nauiū q̄ erat symōis: rogauit eū a terra re
ducē pusillū. Et sedēs docebat de nauicľa
turbas. Vt cessauit aūt loq dixit ad symo
nē. Duc i altū: ꝛ laxate retia vr̄a in captu
rā. Et r̄ndens symō dixit illi. Preceptor p
totā noctē laborātes nihil cepimus: i ꝟbo
aūt tuo laxabo rete. Et cū hoc fecissent: cō
cluserūt pisciū mltitudinē copiosā. Rū
pebať aūt rete eoꝝ. Et ānuerūt socijs q erāt
i alia naui: vt venirēt ꝛ adiuuarēt eos. Et
venerūt ꝛ ipleuerunt ābas nauiculas: ita
vt pene mergerēť. Qđ cū videret symon
petr' p̄cidit ad genua ihū dicēs. Exi a me
dn̄e: q2 hō peccator sū. Stupor. n circūde
derat eū ꝛ oēs q cū illo erāt: i captura pi
sciū quā ceperāt. Silr aūt iacobū ꝛ iohēꝫ
filios zebedei: q erāt socij symonis. Et ait
ad symonē ihs. Noli timē: ex hoc iā hoīes
eris capiēs. Et subductis ad frā nauib': re
lictis oib' secuti sūt eū. Et fcm̄ ē cū esset in
vna ciuitatū: ꝛ ecce vir plen' lepra vidēs
ihm ꝛ p̄cidēs i faciē suā rogauit eū dicens
Dn̄e si vis potes me mūdare. Et extēdēs
manū tetigit eū dicēs. Volo mundare. Et
ꝯfestī lepra discessit ab illo. Et ip̄e p̄cepit
illi ut nemini diceret: sꝫ vade ostēde te sa
cerdoti: ꝛ offer p emūdatiōe tua sic p̄cepit
moyses in testimoniū illis. Perābulabat
aūt magis sermo de illo: ꝛ ꝯueniebāt turbe
mlťe vt audirēt ꝛ curarēť ab ifirmitatib'
suis. Ip̄e aūt sedebat in desertū ꝛ orabat.
Et fcm̄ ē in vna dieꝝ: ꝛ ip̄e sedebat docēs.

Et erāt pharisei sedētes ⁊ legꝭ doctores q
venerāt ex omni castello galilee ⁊ iudee ⁊
irlm̄: ⁊ ꝟtus dn̄i erat ad sanādū eos. Et ecce
viri portātes i lecto hoīe; q erat paraliti
cus. ⁊ q̄rebāt eū iferre ⁊ ponē an̄ eū. Et nō
īuenientes q̄ pte illū iferrēt ꝑ turba: ascen
derūt supra tectū. ⁊ ꝑ tegulas sūmiserūt
eū cū lecto i mediū an̄ ihm̄. Quoꝝ fidē ut
vidit dixit. Homo remittūt tibi peccata
tua. Et ceperūt cogitare scribe ⁊ pharisei
dicētes. Quis ē hic q loq̄t blasphemias?
Quis pōt dimittē pc̄cā: nisi solus deꝰ? Ut
cognouit aūt ih̄s cogitatōes eoꝝ: r̄ndens
dixit ad illos. Quid cogitatꝭ i cordibꝰ vr̄is?
Quid ē faciliꝰ dicē dimittūt tibi pc̄cā: an
dicē surge ⁊ ābula? Ut āt sciatꝭ qꝛ filiꝰ ho-
minis hꝫ ptātē; i terra dimittēdi pc̄cā: ait
paralytico. Tibi dico surge: tolle lectum
tuū: ⁊ vade i domū tuā. Et ꝯfestiȝ ꝯsurgēs
corā illis tulit lectuȝ i q̄ iacebat: ⁊ abijt in
domū suā magnificās deū. Et stupor app̄
hēdit oēs: ⁊ magnificabāt deū. Et repleti
sūt timore dicētes: qꝛ vidimꝰ mirabilia ho
die. Et pꝰ hec exijt: ⁊ vidit publicanū noīe
leui sedētē ad teloneū ⁊ ait illi. Seq̄re me
Et relictꝭ oībꝰ: surgēs secutꝰ est eū. Et fecꝭ
ei ꝯuiuiū magnū leui in domo sua: ⁊ erat
turba mlta publicanoꝝ ⁊ alioꝝ. q cuȝ illis
erāt discūbētes. Et murmurabāt pharisei
⁊ scribe eoꝝ: dicētes ad discipłos eiꝰ. Qua
re cū publicanis ⁊ pc̄corībꝰ mādncatꝭ ⁊ bi
bitꝭ? Et r̄ndens ih̄s dixit ad illos. Nō egēt
q sani sūt medico: sȝ q male hn̄t. Non veni
vocare iustos sȝ peccatores ad pn̄iam. At
illi dixerūt ad eū. Quare discipuli ioānis
ieiunant freq̄ntꝭ ⁊ obsecratōes faciūt. silr
⁊ phariseoꝝ: tui aūt edūt ⁊ bibūt? Quibꝰ
ipe ait. Nūqd potestis filios spōsi dū cuȝ
illꝭ est spōsus facē ieiunare? Uenient aūt di
es ⁊ cū ablatꝰ fuerit ab illꝭ spōsus. tūc ieiu
nabūt i illis diebꝰ. Dicebat aūt ⁊ silitudi-
nē ad illos. Quia nemo cōmissurā a nouo
vestimēto mittit i vestimētū vetꝰ: alioqn
⁊ nouū rūpit: ⁊ veteri nō ꝯuenit ꝯmissura
a nouo. Et nemo mittit vinū nouū i vtres
veteres: alioqn rūpit vinū nouū vtres: ⁊
vinū effundetꝭ ⁊ vtres ꝑibunt. Sȝ vinum
nouum i vtres nouos mittēdū ē: ⁊ vtraq̄
conseruantꝭ. Et nemo bibēs vetꝰ statiȝ vlt
nouū. dicit. n. vetus meliꝰ est. VI

FActū ē aūt in sabbato scd̄o p̄ cum
trāsiret ꝑ sata. vellebāt discipli eiꝰ
spicas: ⁊ manducabant cōfricantes ma[…]
bus. Quidā aūt phariseoꝝ dicebant ill[…]
Quid facitꝭ qd̄ nō licet i sabbatꝭ? Et r̄n[…]
ih̄s ad eos dixit. Nec hoc legistis qd̄ fe[…]
dd̄ cū esurisset ipe ⁊ q cū illo erāt: quo [...]
trauit i domū dei ⁊ panes ꝓpositōis sū[…]
psit ⁊ māducauit: ⁊ dedit hiꝭ q cū ipo er[…]
q̄s nō licet māducare nisi tm̄ sacerdotib[…]
Et dicebat illis: qꝛ dn̄s ē filiꝰ hoīs: et sa[…]
bati. Factū ē aūt ⁊ in alio sabbato: vt i[…]
traret i synagogā ⁊ doceret. Et erat ibi h[…]
⁊ manꝰ eiꝰ dextra erat arida. Obseruab[…]
autē scribe ⁊ pharisei si i sabbato curar[…]
vt inenirēt vn̄ accusarēt eū. Ipse vo sci[…]
bat cogitatōes eoꝝ: ⁊ ait hoī q hb̄at ma[…]
nū aridā. Surge: ⁊ sta i mediū. Et surge[…]
stetit. Ait aūt ad illos ih̄s. Interrogo vos[…]
licet sabbatꝭ bn̄ facē an male: aīaꝫ salua[…]
facē an pdē? Et circūspectꝭ oībꝰ dixit ho[…]
Extēde manū tua. Et extendit: ⁊ restitu[…]
ē manꝰ eiꝰ. Ipi aūt repleti sūt insipiētia[…]
colloq̄bātꝭ ad inuicē qd̄nā facerent de ih̄[…]
Factū ē aūt i illꝭ diebꝰ exijt i montē ora[…]
⁊ erat pnoctās in ofone dei. Et cū dies f[…]
ctus eēt vocauit discipulos suos: ⁊ elegi[…]
duodeci ex ipis q̄s ⁊ apłos noiauit: Symo[…]
nē quē cognominauit petꝝ ⁊ andreā fr[…]
eiꝰ: iacobū ⁊ ioannē philippū ⁊ bartho[…]
meū. matheū ⁊ thomā. iacobum alpho[…]
symonē q vocatꝭ zelotes. ⁊ iudā iacobi: [...]
iudā scarioth q fuit ꝓditor. Et descēdē[…]
cū illis stetit in loco cāpestri ⁊ turba di[…]
puloꝝ eiꝰ: ⁊ multitudo copiosa pleb ab [...]
iudea ⁊ irlm̄ ⁊ maritima ⁊ tyri ⁊ sidonis [...]
venerāt vt audirēt eū: ⁊ sanarētꝭ a lāgu[…]
ribꝰ suis. Et q vexabātꝭ a spirītibꝰ imūdi[…]
curabātꝭ. Et oīs turba q̄rebat eū tangē[…]
ꝟtus de illo exibat ⁊ sanabat oēs. Et ip[…]
eleuatꝭ oculꝭ i discipłos suos dicebat. B[…]
paupes: qꝛ vr̄ȝ ē regnū dei. Bti q nūc e[…]
ritꝭ: qꝛ saturabimi. Bti q nūc fletꝭ: qꝛ ri[…]
bitꝭ. Bti eritis cū vos oderit hoīes ⁊ cū s[…]
parauerit vos ⁊ exprobrauerit: ⁊ eiece[…]
nomē vr̄ȝ tanq̄ malū ꝑp filiū hoīs. Ga[…]
dete i illa die ⁊ exultate. ecce. n. merces [...]
stra mlta ē in celo. Scd̄ȝ h. n. faciebant [...]
phetis pres eoꝝ. Uerūtn̄ ve vob diuiti[…]
q habetꝭ ꝯsolatōem vr̄as. Ue vob q satu[…]
rati estis: qꝛ esurietꝭ. Ue vobis q nūc r[…]
qꝛ lugebitꝭ ⁊ flebitꝭ. Ue cū bn̄dixerit vo[…]
oēs hoīes. Scd̄m hec. n. faciebant ꝓph[…]
pres eoꝝ. Sȝ vobis dico q auditꝭ. Dilig[…]

micos vros:bñfacite his q vos oderũt
benedicite maledicentibꝰ vob:ꝛ orate ꝓ ca
lumniantibꝰ vos. Et q te pcutit i maxillã: ꝓ
be ꝛ alterã: ꝛ ab eo q aufert tibi vestimẽ
tũ ꝛ tunicã noli ꝓhibere. Oĩ aũt petẽti te
tribue: ꝛ q aufert q̃ tua sũt ne repetas. Et
prout vultis vt faciãt vobis hoĩes: ꝛ vos fa
cite illis sĩlr. Et si diligitĩ eos q vos diligunt
q̃ vobis gr̃a? Nã ꝛ peccatores diligẽtes se
diligũt. Et si bñ feceritĩ his q vobis bñfa
ciũt: q̃ vobis ẽ gr̃a? Siqdẽ ꝛ peccatores h̃
faciũt. Et si mutuũ dederitis his a qbus
speratis recipe: q̃ gr̃a ẽ vobis? Nã ꝛ pecca
tores peccatoribꝰ fenerant̃: vt recipiãt equa
lia. Verũtñ diligite inimicos vros: bñfaci
te ꝛ mutuũ date: nihil inde sperãtes: ꝛ erit
merces vr̃a mlt̃a: ꝛ eritĩ filij altissimi: qa
ipse benignꝰ ẽ sup igratos ꝛ malos. Estote
ergo misericordes: sicũt ꝛ pr̃ vr̃ misericors est.
Nolite iudicare ꝛ nõ iudicabimĩ. Nolite
cõdẽnare ꝛ nõ ɔdẽnabimĩ. Dimittite: ꝛ di
mittemini. Date ꝛ dabit̃ vobis. Mensurã
bonã ꝛ ɔfertã ꝛ coagitatã ꝛ supeffluentẽ
dabũt i sinũ vr̃m. Eadẽ qppe mẽsura q̃ mẽ
si fueritĩ: remetiet̃ vob. Dicebat aũt ill̃ ꝛ si
militudinẽ. Nũqd põt cecꝰ cecũ ducere?
Nonne ambo in foueã cadunt? Nõ ẽ discipu
lus sup magrm̃: ꝑfectꝰ aũt oĩs erit: si sit sicut
magr̃ eꝰ. Quid aũt vides festucã i oculo
fr̃is tui. trabẽ aũt q̃ in oculo tuo ẽ nõ cõsi
deras? Aut q̃ɵ potes dicẽ fr̃i tuo: frat̃ sine
eiciã festucã de oculo tuo: ipẽ i oculo tuo
trabẽ nõ vides? Hypochrita eyce ꝑmũ
trabẽ de oculo tuo: ꝛ tũc ꝑspicies vt educas
festucã de oculo fr̃is tui. Nõ ẽ.n. arbor bo
na q̃ facit fructꝰ malos: neq; arbor mala
faciens fructũ bonũ. Unaqueq;.n. arbor d̃
fructu suo cognoscit̃. Neq;.n. de spinis col
ligunt ficꝰ: neq; de rubo vindemiãt vuam.
Bonꝰ hõ de bono thesauro cordis sui ꝓ
fert bonũ. ꝛ malus hõ d̃ malo thesauro ꝓ
fert malũ. Et abũdãtia.n. cordis os loqt̃.
Quid aũt vocatis me dñe dñe: ꝛ nõ facitĩ
q̃ dico? Oĩs q venit ad me. ꝛ audit s̃mões
meos ꝛ facit eos: ostẽdã vobis cui silis sit
silis ẽ hoĩ edificãti domũ q fodit i altuz.
ꝛ posuit fundamẽtũ sup petrã. Inundati
one aũt fc̃a illisũ ẽ flumẽ domui illi: ꝛ non
potuit eã mouẽ. Fũdata.n. erat supra pe
trã. Qui aũt audit ꝛ nõ fac silis ẽ hoĩ edi
ficãti domũ suã supra terrã sine fundamẽ
to: in quã illisus est fluuiꝰ, ꝛ ɔtinuo cecidit
ꝛ facta ẽ ruina domꝰ illius magna. VII
Cum aũt ipleesset oĩa v̾ba sua in au
res pleb. itrauit capharnaũ. Centu
rionis aũt cuiusdã seruꝰ male hñs
erat moriturꝰ: q illi erat ꝑciosus. Et cũ au
disset de ihũ. misit ad eũ seniores iudeoꝝ
rogãs eũ vt veniret ꝛ saluaret seruũ eius
At illi cũ venissent ad ihꝫ rogabãt eũ sol
licite dicẽtes ei: q: dignꝰ est vt hoc illi pre
stes. Diligit.n. gẽtẽ nr̃am: ꝛ synagogã ipse
edificauit nob. Ihs aũt ibat cũ ill̃. Et cũ iã
nõ lõge eẽt a domo: misit ad eum cẽturio
amicos dicẽs. Dñe: noli vexari. Nõ.n. sum
dignꝰ vt sub tectũ meũ intres: ꝓpt̃ qđ et
meipꝫ nõ sũ dignũ arbitratꝰ vt venirẽ ad
te: sꝫ dic v̾bo ꝛ sanabit̃ puer meꝰ. Nam ꝛ
ego hõ sũ sub ptãte ɔstitutꝰ, hñs sub me
milites: ꝛ dico huic vade ꝛ vadit. ꝛ alio ve
ni ꝛ venit: ꝛ seruo meo fac hoc ꝛ fac. Quo
audito ihs miratꝰ ẽ ꝛ ɔuersus sequentibꝰ
se turb̃ dixit. Amẽ dico vob: nec i isrl̃ tan
tã fidẽ inueni. Et reuersi q missi fuerãt do
mũ iuenerũt seruũ q languerat sanũ. Et
fc̃m ẽ deiceps ibat ihs in ciuitatẽ q̃ vocat̃
naym ꝛ ibãt cũ eo discipuli eiꝰ ꝛ turba co
piosa. Cũ aũt appropinq̃ret porte ciuita
tis: ecce defunctꝰ efferebat̃ filiꝰ vnicꝰ ma
tris sue. Et hec vidua erat: ꝛ turba ciuita
tis mlt̃a cũ illa. Quã cũ vidisset dñs: mis
motꝰ sup eã dixit illi. Noli flere. Et acces
sit: ꝛ tetigit loculũ. Hi autẽ q portabant
steterũt. Et ait. Adolescẽs: tibi dico surge.
Et resedit q erat mortuꝰ: ꝛ cepit loq: ꝛ de
dit illũ mr̃i sue. Accepit aũt oẽs timor. ꝛ
magnificabãt deũ dicẽtes. Quia ꝓpheta
magnꝰ surrexit i nob. ꝛ q: deꝰ visitauit ple
bem suã. Et exijt h̃ sermo i vniuersam iu
deã de eo: ꝛ oẽm circa regiões. Et nũciaue
rũt ioãni discipuli eiꝰ de oibꝰ his. Et ɔuoca
uit duos de discipulis suis ioãnes: ꝛ misit
ad ihm dicẽs. Tu es q venturꝰ es, an aliũ
expectamꝰ? Cũ aũt venisset ad eũ viri di
xerunt. Joannes baptista misit nos ad te
dicens. Tu es q uenturus es an aliũ expe
ctamus? In ipsa aũt hora mltos curauit
a languoribus suis ꝛ plagis. ꝛ spiritibus
malis: ꝛ cecis multis donauit visuz. Et rñ
dens dixit illis. Euntes renunciate ioanni
que audistis ꝛ vidistis. Q: ceci vidẽt clau
di ãbulãt. leprosi mundant̃. surdi audiũt.
mortui resurgũt. paupes euãgelizant̃: et
btũs ẽ qcũq; nõ fuerit scãdalizatꝰ in me.

Et cū discessissent nūcij ioānis: cepit d̄ io
anne dicē ad turbas. Quid existis ī deser
tū vidē? Arūdinē vēto agitatā. Sȝ qd ex-
istis vidē? Hoīeȝ mollib' vestimēt̄ indu
tū? Ecce q̄ i veste p̄ciosa sūt ⁊ delitijs: i do-
mib' regū sunt. Sȝ qd existis vidē? Pro
phetā? Utiq̄ dico vob: ⁊ plusq̄ p̄phā.
Hic ē de q̄ scriptū ē. Ecce mitto āgelū me
uȝ añ faciē tuā: q̄ p̄parabit viā tuā añ te. Di
co.n.vob: maior int' natos mlieȝ p̄p̄ha io
anne baptista nemo ē. Qui āt minor ē in
regno dei maior ē illo. Et oīs pp̄ls audiēs
⁊ publicani iustificauerūt deū: baptizati
baptismo ioannis. Pharisei āt ⁊ legispiti
ɔsiliū dei sp̄reuerūt i semetip̄os: nō bapti
zati ab eo. Ait aūt dn̄s. Cui ḡ siles dicam
hoīes gnātōis h': ⁊ cui siles sūt? Siles sunt
pueris sedētib' i foro: ⁊ loquentib' ad iui
cē ⁊ dicētib'. Cātauim' vob tibijs ⁊ n̄ sal-
tastis: lamētauim' ⁊ n̄ plorastis. Uenit āt
ioannes baptista neq̄ māducās panē nȝ
bibēs vinū. ⁊ dicit̄. Demoniū hȝ. Uenit fi
li' hoīs māducās ⁊ bibēs. ⁊ dicit̄. Ecce hō
deuorator. ⁊ bibēs vinū: amic' publicano
rū ⁊ peccatoꝝ. Et iustificata ē sapia. ab oī
b' filijs suis. Rogabat aūt illū qdā d̄ pha
riseis vt māducaret cū illo. Et igressus do
mū pharisei discubuit. Et ecce mlier q̄ erāt
ī ciuitate peccatrix vt cognouit q̄ ih̄s ac
cubuit i domo pharisei: attulit alabastrū
vnguēti: ⁊ stās retro sec' pedes ei'. lacbry
mis cepit rigare pedes ei'. ⁊ capill' capit̄
sui tergebat: ⁊ osculabat̄ pedes eius ⁊ vn
guēto vngebat. Uidens āt pharise' q̄ vo
cauerat eū ait itra se dicēs. Hic si eēt pro
p̄ha sciret vtiq̄ q̄ ⁊ q̄lis ē mlier q̄ tāgit euȝ
q̄ peccatrix ē. Et r̄ndēs ih̄s dixit ad illuȝ.
Symon habeo tibi aliqd dicē. At ille ait.
Mgr̄ dic. Duo debitores erāt cuidā fene-
ratori: vn' debebat denarios qngētos et
ali' qnqginta. Nō hn̄tib' ill' vn̄ redderēt
donauit vtrisq̄. Quis ḡ eū pl' diligit? Rn̄
dēs symō dixit. Estimo: q̄ is cui pl' dona
uit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et cō-
uersus ad mlierē dixit symōi. Uides hāc
mlierē? Intraui i domū tuā: aquā pedib'
meis nō dedisti. Hec aūt lacbrymis riga
uit pedes meos. ⁊ capill' suis tersit. Oscu-
lū mihi nō dedisti: h̄ āt ex q̄ itraui nō ces-
sauit osculari pedes meos. Oleo caput me
uȝ n̄ vnxisti: h̄ āt vnguēto vnxit pedes me
os. Propt̄ qd̄ dico tibi. Remittūt̄ ei p̄cca
multa: q̄m dilexit mltū. Cui āt min' dimit

tit̄ min' diligit. Dixit āt ad illā. Remitt[...]
tur tibi peccata. Et ceperunt q̄ sil' accu[...]
bāt dicere itra se. Quis ē h̄ qui ēt pecca[...]
dimittit? Dixit aūt ad mulierē. Fides t[...]
te saluā fecit. Uade in pace. VIII

Et factū ē deinceps ⁊ ip̄e iter facieb[...]
p̄ ciuitates ⁊ castella p̄dicās ⁊ e[...]
uāgelizās regnū dei: ⁊ duodeci cū il[...]
⁊ mulieres aliq̄ q̄ erāt curate a sp̄irit' m[...]
lignis ⁊ ifirmitatib'. maria q̄ vocat̄ ma[...]
dalene de q̄ septē demōia exierāt: ⁊ ioa[...]
na vxor chuse p̄curatorī herodis: ⁊ susa[...]
na ⁊ alie mlte: q̄ ministrabāt ei de facult[...]
b' suis. Cū āt turba plīma ɔueniret ⁊ d[...]
uitatib' p̄perarēt ad eū: dixit p̄ similitudi[...]
nē. Exijt q̄ seminat semiare semē suū. E[...]
dū semiat: aliud cecidit sec' viā. ⁊ ɔculca[...]
ē. ⁊ volucres celi comederunt illud. Et ali[...]
cecidit supra petrā: ⁊ natuȝ aruit: q̄ n̄ h[...]
bat humorē. Et aliud cecidit int' spinas: ⁊[...]
sil' exorte spine suffocauerūt illud. Et ali[...]
cecidit ī t̄rā bonā: ⁊ ortū fecit fructū cen[...]
plū. Hec dicens clamabat. Qui hȝ aure[...]
audiēdi audiat. Interrogabāt āt ' discipul[...]
ei' q̄ eēt h̄ parabola. Quib' ip̄e dixit. V[...]
bis datū ē nosse mysteriū regni dei: cete[...]
aūt i parabolis: vt videtes nō videāt: ⁊ a[...]
diētes nō itelligāt. Est āt h̄ parabola. Se[...]
mē ē v̄bū dei. Qui aūt sec' viā hi sūt q̄ au[...]
diūt: deide vēit diabol' ⁊ tollit v̄bū d̄ co[...]
de eoꝝ: ne credētes salui fiāt. Nā q̄ sup̄ p[...]
trā: q̄ cū audierit cū gaudio suscipiunt v[...]
bū. Et hi radices n̄ hn̄t: q̄ ad t̄p̄s credūt: ⁊[...]
i t̄p̄e tentatōis recedūt. Qd̄ āt i spinas c[...]
cidit: hi sūt q̄ audierūt: ⁊ a sollicitudib' ⁊ d[...]
uitijs ⁊ voluptatib' vite eūtes suffocāt: ⁊[...]
n̄ referūt fructū. Qd̄ āt i bonā t̄rā: hi sūt q̄[...]
corde bono ⁊ optīo audiētes v̄bū retin[...]
fructū afferūt i patiētia. Nemo aūt luce[...]
nā accēdēs operit eā vase: aut subt' lect[...]
ponit: sȝ sup̄ cādelabꝝ ponit: vt itrātes v[...]
deāt lumē. Nō ē.n. occultū qd̄ nō manifest[...]
tur: nec abscōditū qd̄ nō cognoscat̄ ⁊ i p[...]
lā veniat. Uidete ḡ qd audiat̄. Qui.n. h[...]
dabit̄ illi: ⁊ quicq̄ n̄ hȝ: ēt qd̄ putat se h[...]
auferet̄ ab illo. Uenerūt aūt ad illū m̄r ⁊[...]
frēs ei': ⁊ nō poterāt adire eū p̄e turba.
Et nunciatū ē illi. Mat̄ tua ⁊ frēs tui st[...]
forīs: volētes te uidere. Qui r̄ndēs dixit ad
eos. Mr̄ mea ⁊ frēs mei hi sūt q̄ v̄bū de[...]
audiūt ⁊ faciūt. Factū est āt in una dieꝝ[...]
ip̄e ascēdit i nauicula. ⁊ discipuli ei'. ⁊ a[...]
ad illos. Trāsfretem' trās stagnū: Et asc[...]

dit. Et nauigãtib⁹ illis obdormiuit. ⁊ de
scendit procella vẽti i stagnũ. ⁊ cõpellebant̃ ⁊
periclitabant̃. Accedẽtes aũt suscitauerũt eũ
dicentes. Preceptor perim⁹. At ille surgens
increpauit ventũ ⁊ tẽpestatẽ aq̃ ⁊ cessauit.
⁊ facta ẽ trãqllitas. Dixit aũt illis. Ubi est fi
des vestra? Qui timẽtes mirati sũt ad inuicẽ di
centes. Quis putas hic ẽ? Quia ⁊ vẽtis ⁊ ma
ri imperat. ⁊ obediũt ei? Et nauigauerũt ad re
gionem gerasenoꝝ: q̃ ẽ cõtra galileã. Et cũ de na
ui egressus esset ad terraꝫ. occurrit illi vir q̃
dam q̃ habebat demoniũ iã tẽꝑib⁹ multis: ⁊ ve
stimento nõ induebat̃: neq; i domo manebat
sed in monumẽtis. Is vt uidit ihm̃ ꝓcidit an̄
te illũ: ⁊ exclamãs voce magna dixit. Quid
mihi ⁊ tibi est ihu fili dei altissimi? Obse
cro te ne me torqueas. Precipiebat eniꝫ
spũi immundo: vt exiret ab hoĩe. Multis.n.
tẽꝑib⁹ arripiebat illũ: ⁊ vinciebat̃ catheis
et cõpedib⁹ custodit⁹. ⁊ ruptis vincul̃ age
batur a demonio i deserta. Interrogauit aũt
illũ ihs dicẽs. Qd̃ tibi nomẽ est? At ille di
xit legio. Quia itrauerũt demonia multa
in eum. Et rogauerũt illum: ne imperaret
illis vt in abyssum irent. Erat autem ibi
grex porcoꝝ multoꝝ pascẽtiũ in mõte: ⁊ ro
gabãt eũ vt ꝑmitteret eis i illos ingredi. Et
permisit illis. Exierũt ergo demonia ab hoĩe: ⁊
intrauerũt in porcos. ⁊ ĩpetu abijt grex ꝑ p̃
ceps in stagnũ. ⁊ suffocat⁹ ẽ. Qd̃ vt vide
runt hĩ q̃ pascebãt fugerũt: ⁊ nũciauerũt i
ciuitatẽ ⁊ i villas. Exierũt aũt vidẽ qd̃ fa
ctũ est ⁊ venerũt ad ihm̃. ⁊ iuenerũt hoiẽ
sedentẽ a q̃ demonia exierãt vestitũ: ac sa
na mẽte ad pedes ei⁹. ⁊ timuerũt. Nũcia
uerũt aũt illis ⁊ q̃ viderãt: quõ san⁹ factus
esset a legione. Et rogauerũt illũ oĩs multi
tudo gerasenoꝝ. vt discederet ab ip̃s: quia
magno timore tenebãt̃. Ipse aũt ascẽdẽs
nauim reuersus ẽ. Et rogauit illũ vir a q̃ de
monia exierãt: vt cũ eo eẽt. Dimisit aũt eũ
ihs dicẽs. Redi i domũ tuã: ⁊ narra q̃ta ti
bi fecit de⁹. Et abijt ꝑ vniuersaꝫ ciuitatẽ p̃di
cans q̃ta illi fecisset ihs. Factũ ẽ aũt cũ re
disset ihs: excepit illũ turba. Erãt aũt oẽs
expectãtes eũ. Et ecce venit vir cui nomẽ
iairus. ⁊ ipse princeps synagoge erat: ⁊ ceci
dit ad pedes ihu. rogãs eũ ut itraret i do
mũ ei⁹: q̃ unica filia erat ei fere annoꝝ
duodecim. ⁊ hec moriebat̃. Et cõtigit dũ iret
a turbis cõprimebat̃. Et mulier q̃dã erat in
fluxu sanguinis ab annis duodecim: q̃ i me
dicos erogauerat oẽm subam suã: nec ab
ullo potuit curari. accessit retro ⁊ tetigit
fimbriã uestimẽti ei⁹: ⁊ cõfesti stetit flux⁹
sanguinis ei⁹. Et ait ihs. Quis est q̃ me te
tigit? Negãtib⁹ aũt oĩb⁹: dixit petr⁹ ⁊ q̃ cũ
illo erãt. Preceptor turbe te cõprimunt ⁊ af
fligũt: ⁊ dicis qs me tetigit? Et dixit ihus.
Tetigit me aliqs. Nã ⁊ ego noui virtutem
de me exisse. Videns aũt mulier q᷑ non la
tuit: tremẽs venit ⁊ ꝓcidit an̄ pedes ei⁹. ⁊
ob quã cãm tetigerit eũ indicauit corã oĩ
ꝑplo. ⁊ quẽadmodũ cõfestim sanata sit. At
ipse dixit ei. Filia: fides tua saluã te fecit.
Uade i pace. Adhuc illo loquẽte. uenit q̃
dã ad principẽ synagoge dicẽs ei. quia mor
tua ẽ filia tua: noli uexare illũ. Ihs aũt au
dito hoc v̄bo r̄ndit p̄ri puelle. Noli timẽ.
Crede tm̃: ⁊ salua erit. Et cũ vẽisset domũ
nõ ꝑmisit intrare secũ quẽq; nisi petꝝ et
iacobũ ⁊ ioãnem: ⁊ p̄rem ⁊ m̄rem puelle.
Flebãt aũt oẽs ⁊ plangebãt illã. At ille di
xit. Nolite flere. Nõ ẽ mortua puella: sed
dormit. Et deridebãt eũ: scientes q᷑ mor
tua eẽt. Ipse aũt tenẽs manũ ei⁹ clamauit
dicẽs. Puella surge. Et reuersus ẽ spũs ei⁹
⁊ surrexit cõtinuo. Et iussit illi dare mãdu
care. Et stupuerũt parẽtes ei⁹ q̃b⁹ p̃cepit
ne alicui dicerẽt qd̃ factũ erat.

IX

Conuocatis aũt ihs duodecim ap̃lis. de
dit illis virtutẽ ⁊ ꝑtãteꝫ sup̃ oĩa demo
nia: ⁊ vt lãguores curarẽt. Et misit
illos p̃dicare regnũ dei: ⁊ sanare ĩfirmos
Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: nec vir
gã neq; perã nec panẽ nec pecuniaꝫ: nec duas
tunicas habeatis. Et in quãcũq; domũ itra
ueritis ibi menete. ⁊ ĩde ne exeatis. Et q̃cũq;
nõ receperint vos: exeuntes de ciuitate illa
et puluerẽ pedũ vroꝝ excutite i testimo
niũ supra illos. Egressi aũt circuibãt ꝑ ca
stella: euãgelizãtes ⁊ curãtes vbiq;. Audi
uit aũt herodes tetrarcha oĩa q̃ fiebãt ab
eo. ⁊ hesitabat. eo q᷑ diceret̃ a q̃busdã. q᷑
ioannes surrexit a mortuis. a q̃busdã vero
q᷑ helias apparuit: ab alijs aũt q᷑ ꝓpheta
vn⁹ de antiq̃s surrexit. Et ait herodes. Io
ãnẽ ego decollaui. Quis ẽ aũt iste de q̃ ego
talia audio? Et q̃rebat vidẽ eũ. Et reuersi
ap̃li narrauerũt illi quecũq; fecerũt: ⁊ as
sumptis illis secessit seorsũ in locũ desertũ
q̃ ẽ bethsaide. Qd̃ cũ cognouissent turbe
secute sũt illũ: ⁊ excepit eos ⁊ loq̃bat̃ illis
de regno dei. ⁊ eos q̃ cura idigebant sana

bat. Dies aũt cepat declinare. Et acceden
tes duodeciz dixerunt illi. Dimitte turbas
ut eũtes i castella uillasq̧ q̃ circa sſt diuer
tãt ꝛ iueniãt escas: qꝛ hic i loco deserto su
m᷒. Ait aũt ad illos. Uos date illis mãdu
re. At illi dixerũt. Nõ sũt nob̃ plusq̃ qnq̧
panes ꝛ duo pisces: nisi forte nos eam᷒ et
emam᷒ in oẽm hãc turbã escas. Erãt aũt
fere viri qnq̧ milia. Ait aũt ad discipulos
suos. Facite illos discũbere per ꝯuiuia qn
quagenos. ꝛ ita fecerũt. Et discubuerunt
oẽs. Acceptis aũt qnq̧ panib᷒ ꝛ duob᷒ pi
scib᷒. respexit i celũ ꝛ bñdixit ill̃: ꝛ fregit ꝛ
distribuit discipul̃ suis vt ponerent ante
turbas. Et mãducauerũt oẽs. ꝛ saturati sſt
Et sublatũ ẽ qd̃ supfuit illis fragmẽtorũ
cophini duodeci. Et fcm̃ ẽ cũ solus eẽt orãs
erãt cũ illo ꝛ discipuli, ꝛ iterrogauit illos
dicẽs. Quẽ me dicũt eẽ turbe? At illi rñde
rũt ꝛ dixerũt. Joannẽ baptistã. alij ãt he
liã. alij ão qꝛ vn᷒ ppheta de ꝑorib᷒ surre
xit. Dixit ãt illis. Uos ãt quẽ me eẽ dicit̃?
Rñdens symõ petr᷒ dixit. Xp̃m dei. At il
le icrepãs illos ꝑcepit ne cui dicerẽt hoc
dicẽs. qꝛ opꝫ filiũ hoĩs mlta pati ꝛ repro
bari ab seniorib᷒ ꝛ pncipib᷒ sacerdotũ ꝛ
scribis. ꝛ occidi. ꝛ tertia die resurgẽ. Dice
bat aũt ad oẽs. Si qs vult p᷒ me uenire.
abneget semetipm̃: ꝛ tollat crucẽ suã q̃ti
die ꝛ sequat̃ me. Qui.n. uoluerit aiaꝫ suã
saluã facẽ pder illã. Nã q pdiderit aiam
suã pp me: saluã faciet illã. Quid.n. pfic
hõ si lucret̃ vniuersũ mũdũ: se aũt ipꝫ p
dat ꝛ detrimẽtũ sui faciat? Nã q me eru
buerit ꝛ meos sermões: hũc fili᷒ hoĩs eru
bescet cũ uenerit i maiestate sua ꝛ prĩs ꝛ
scõꝝ angeloꝝ. Dico aũt uob̃: vere sũt aliq
h̃ stantes. q nõ gustabũt mortẽ donec vi
deãt regnũ dei. Factũ est aũt post h̃ ṽba
